



Q. S. Fl. Tertulliani De testimonio animae

<https://hdl.handle.net/1874/319691>

Q. S. FLORENTIS TERTULLIANI
LIBELLUM
DE TESTIMONIO ANIMAE

Q. S. FL. TERTULLIANI
DE TESTIMONIO ANIMAE

CUM

PRAEFATIONE, TRANSLATIONE, ADNOTATIONIBUS

RIJKSUNIVERSITEIT Utrecht



0351 8093

Aqu 192 1934

Q. S. FL. TERTULLIANI
DE TESTIMONIO ANIMAE
CUM
PRAEFATIONE, TRANSLATIONE, ADNOTATIONIBUS

ACADEMISCH PROEFSCHRIFT

TER VERKRIJGING VAN DEN GRAAD VAN DOCTOR
IN DE LETTEREN EN WIJSBEGEERTE, AAN DE
RIKSUNIVERSITEIT TE UTRECHT, OP GEZAG VAN
DEN RECTOR-MAGNIFICUS Dr. H. BOLKESTEIN,
HOOGLEERAAR IN DE FACULTEIT DER LETTEREN
EN WIJSBEGEERTE, VOLGENS BESLUIT VAN DEN
SENAAT DER UNIVERSITEIT TEGEN DE BEDEN-
KINGEN VAN DE FACULTEIT DER LETTEREN EN
WIJSBEGEERTE TE VERDEDIGEN OP VRIJDAG 28
SEPTEMBER 1934, DES NAMIDDAGS TE 4 UUR, DOOR

WILLEM ANTON JOHAN CASPER SCHOLTE

GEBOREN TE NIJMEGEN

MCMXXXIV
DE ACADEMISCHE BOEKWINKEL
P. H. VERMEULEN N.V.
AMSTERDAM

BIBLIOTHEEK DER
RIKSUNIVERSITEIT
UTRECHT.

AAN MIJN OUDERS

Bij het beëindigen van mijn academische studies, welke ik grootendeels aan deze Universiteit te Utrecht heb gemaakt, betuig ik U, Hooggeleerde Wagenvoort, Hooggeachte Promotor, mijn oprechte dank voor de bereidwilligheid, waarmede Gij de leiding van mijn promotie op U hebt willen nemen, voor de groote en voortdurende hulp, die Gij mij bij de keuze en de samenstelling van dit proefschrift hebt verleend.

Hooggeleerde Damsté, U dank ik voor het vele, dat ik door Uwe colleges heb geleerd, in het bijzonder voor de raadgevingen, die Gij mij bij mijn studie meermalen hebt gegeven.

Hooggeleerde Vollgraff, met groote dankbaarheid zal ik steeds Uw lessen gedenken, waarin Gij mij zoo dikwijls de schoonheid en de groetheid van de Helleensche gedachte en vorm hebt laten zien en begrijpen.

Hooggeleerde Bolkestein, U ben ik groote erkentelijkheid verschuldigd voor Uwe colleges, waarin Gij mij inzicht hebt gegeven in het cultureele en religieuze leven der Oudheid.

Hooggeleerde Boissevain †, de Groot, Kuiper, de Boer, Six † en Faddegon, U allen dank ik voor hetgene Gij mij in Uwe colleges gegeven hebt, toen ik, aan de Universiteit te Amsterdam onder Uw leiding mijn studie aanving.

Mijn oprechte dank betuig ik ook U, Zeer geachte Seelen,

VIII

voor Uwe bemoeiingen, welke mij in staat gesteld hebben de uitgave van March te raadplegen.

Ten slotte dank ik ook de ambtenaren van de Bibliotheken te Utrecht en Amsterdam voor hun groote hulpvaardigheid, waardoor zij mij bij de bewerking van dit proefschrift hebben gesteund.

PRAEFATIO.

§ 1. Marc. 1. 18 (313. 11). ‘Nos definimus deum primo natura cognoscendum, dehinc natura recognoscendum’. Naturaliter deum cognoscere possumus vel ex operibus ipsius vel ex animae ipsius testimonio (ap. 17. 4). Hoc testimonium animae cui Tertullianus tantopere indulxit, fundamentis nititur Stoicorum initii cognoscendi, quae vulgo vocantur *κοιναὶ ἔννοιαι*, notiones vel notitiae communes.

Notiones quae sua sponte in animo oriuntur e conclusionibus ab experientia profectis — quae in vicem e memoria animadversationum nascitur — Stoici προλήψεις vocant adversus ratiocinationes quae artificiose et arte bene disserendi ac vera falsaque diiudicandi formantur.¹ Cum praesumptiones nitantur simplicissima experientia, quam quisque nanciscitur, etiam *κοιναὶ ἔννοιαι* nominantur et universitatis suae causa normae veritatis ducuntur.² Licet hae notiones aliquoties φυσικά, ἔμφυτοι, innatae³ appellantur, tamen hoc non ad

¹ Plut. Plac. 4. 11. 3. τῶν δὲ ἔννοιῶν αἱ μὲν φυσικῶς γίνονται κατὰ τὸν εἰδημένους τρόπον (sc. μηδημην καὶ ἔμπειροις) καὶ ἀνεπιτεχνίτως· αἱ δὲ ἥδη δὲ ήμετέρας διδασκαλίας καὶ ἐπιμελείας. αὗται μὲν οὖν ἔννοιαι καλοῦνται μόνον, ἐπεῖναι δὲ καὶ προλήψεις. Diog. Laert. 7. 51. (τῶν φαντασιῶν) αἱ μὲν εἰσι τεχνικαὶ, αἱ δὲ ἄτεχνοι.

² Sen. ep. 117. 6. multum dare solemus praesumptioni omnium hominum; apud nos veritatis argumentum est aliquid omnibus videri. Plut. comm. not. 3. 1. Diog. 7. 54. κριτήριον δὲ τῆς ἀληθείας φασὶ τιγχάνειν τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν, τούτους τὴν ἀπὸ ὑπάρχοντος, καθά φησι Χρύσιππος ἐν τῇ δωδεκάτῃ τῶν φυσικῶν καὶ Ἀντίπατρος καὶ Ἀπολλόδωρος. . . . δὲ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ λόγου κριτήριᾳ φησι εἶναι αἰσθησιν καὶ πρόληψιν.

³ Diog. 7. 53; 54. Plut. Stoic. rep. 17. 1. Cic. nat. deor. 2. 4.12.

verbum dictum est, sed ita est intellegendum rationem naturaliter ad notionem quandam venire ex experientia animadversationum.⁴

Ex his autem notionibus Stoici deum agnoverunt et bonitatis eius et providentiam et omnipotentiam: Cic. nat. deor. 2. 2. 4 sq.. Quid enim potest esse tam apertum tamque perspicuum, cum caelum suspeximus caelestiaque contemplati sumus, quam esse aliquod numen praestantissimae mentis quo haec regantur? Quod ni ita esset, qui potuisset assensu omnium dicere Ennius: „Aspice hoc sublimen candens quem invocant omnes Iovem”, illum vero et Iovem et dominatorem rerum et omnia nutu regentem et, ut idem Ennius: „patrem divumque hominumque” et praesentem ac praepotentem deum?.... Quod nisi cognitum comprehensumque animis haberemus, non tam stabilis opinio permaneret nec confirmaretur diuturnitate temporis nec una cum saeculis aetatibusque hominum inveterari potuisset. Opinionum enim commenta delet dies, naturae iudicia confirmat. ib. 2. 4. 12. itaque inter omnis omnium gentium summa constat: omnibus enim innatum est et in animo insculptum, esse deos. Quales sint, varium est; esse, nemo negat. Cf. ib. 2. 17. 45. Plut. comm. not. 32. 1. οὐ γὰρ ἀθάρατον καὶ μακάριον μόνον ἄλλὰ καὶ φιλάνθρωπον καὶ ἡγεμονικὸν καὶ ὀφέλιμον προλαμβάνεσθαι καὶ νοεῖσθαι τὸν θεόν. Cf. Stoic. rep. 38. 1; 3. Sext. math. 9. 123 sqq.; 131 sqq.. Seneca etiam immortalitatem animae e communibus no-

⁴ Sen. ep. 120. 4. Hoc (sc. bonum honestumque) nos natura docere non potuit: semina nobis scientiae dedit, scientiam non dedit. Nobis videtur observatio collegisse et rerum saepe factarum inter se collatio, per analogian nostri intellectum et honestum et bonum iudicant. Stob. Ecl. 1. 792. οἱ μὲν Στωικοὶ λέγονται μὴ εὐθὺς ἐμφύεσθαι τὸν λόγον, ὑστερον δὲ συναθροίζεσθαι ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων καὶ φαντασιῶν περὶ δεκατέσσαρα ἔτη (κατὰ τὴν πρώτην ἔβδομάδα sec. Plut. Plac. 4. 11.4). Cic. fin. 3. 10. 33. cum....rerum notiones in animis fiant, si aut usu aliquid cognitum sit aut coniunctione, aut similitudine, aut collatione rationis, hoc quarto, quod extremum posui, boni notitia facta est.

ttiis defendit: ep. 117.6. tamquam deos esse inter alia hoc colligimus, quod omnibus insita de dis opinio est nec ulla gens usquam est adeo extra leges moresque projecta, ut non aliquos deos credat. cum de animarum aeternitate disserimus, non leve momentum apud nos habet consensus hominum aut timentium inferos aut colentium.

Non autem Stoici modo sed et Epicurus consensum gentium regulam veritatis aestimabat: Cic. nat deor. 1. 16. 43 sq.. Solus enim vidit (Epicurus) primum esse deos, quod in omnium animis eorum notionem impressisset natura. Quae est enim gens aut quod genus hominum quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum? Cum enim non instituto aliquo aut more aut lege sit opinio constituta maneatque ad unum omnium firma consensio, intellegi necesse est esse deos, quoniam insitas eorum vel potius innatas cognitiones habemus. De quo autem omnium natura consentit, id verum esse necesse est. Esse igitur deos confitendum est. Quod quoniam fere constat inter omnis non philosophos modum sed etiam indoctos, fateamur constare illud etiam, hanc nos habere sive anticipationem, ut ante dixi, sive praenotionem deorum. — Etiam Cotta Academicus argumentum ex consensu gentium non repugnat concedens: ib. § 64. sed quia commune est hoc argumentum aliorum etiam philosophorum, omittam hoc tempore. cf. nat. deor. 3 ex.

Cicero ipse longius procedit et animae scientiam dei deducit a cognitione animae cum deo: legg. 1. 8. 24. Animum esse ingeneratum a deo. Itaque ex tot generibus nullum est animal praeter hominem, quod habeat notitiam aliquam dei, ipsisque in hominibus nulla gens est neque tam mansueta neque tam fera, quae non, etiamsi ignoret qualem habere deum deceat, tamen habendum sciat. Ex quo efficitur illud, ut is agnoscat deum qui, unde ortus sit, quasi recordetur et agnoscat. Tusc. 1. 13. 30. porro firmissimum hoc adferri videtur, cur deos esse credamus, quod nulla gens tam fera,

nemo omnium tam sit immanis, cuius mentem non imbuerit deorum opinio: multi de dis prava sentiunt (id enim vitioso more effici solet), omnes tamen esse vim et naturam divinam arbitrantur, nec vero id conlocutio hominum aut consensus efficit, non institutis opinio est confirmata, non legibus; omni autem in re consensio omnium gentium lex naturae putanda est.⁵

Eodem quoque argumento cum magna auctoritate utitur ad demonstrandam animae immortalitatem: Tusc. 1. 5. 35 sq.. Quod si omnium consensus naturae vox est, omnes qui ubique sunt, consentiunt esse aliquid quod ad nos pertineat qui vita cesserint, nobis quoque idem existimandum est, et si, quorum aut ingenio aut virtute animus excellit, eos arbitramur, quia natura optima sint, cernere naturae vim maxume, veri simile est, cum optimus quisque maxume posteritati serviat, esse aliquid, cuius is post mortem sensum sit habiturus. Sed ut deos esse natura opinamur, qualesque sint ratione cognoscimus, sic permanere animos arbitramur consensu nationum omnium, qua in sede maneant qualesque sint ratione discendum. Cuius ignoratio finxit inferos easque formidines quas tu contemnere non sine causa videbare. Cf. 14. 31.⁶

Item ut deos esse comprobent, τὰς νοινὰς ἐρροίας appellavere Dio Chrysostomus, or. 12 (de dei cognitione), in primis cc. 27—29; Alexander Aphrodisiatis, de fato (passim); Maximus Tyrius,

⁵ Notiones eiusmodi ‘innatas’ esse animaeque insitas Cicero aperte dicit, cum de virtutibus disserit. Tusc. 3. 1. 2; fin. 5. 21. 59: etsi dedit (natura) talem mentem quae omnem virtutem accipere posset, ingenuitque sine doctrina notitias parvas rerum maximarum et quasi instituit docere et induxit in ea, quae inerant, tamquam elementa virtutis.

⁶ Iure Cicero dicit, l.c. § 30, nos mortuum ideo lugere et commiserari, quod bonis vitae privatum putemus. Et ita sentimus, ait Cicero, ‘natura duce, nulla ratione nullaque doctrina’.

Interpretatio maeroris de mortuo, quam T. dat in c. 4. § 3, longius est arcessita.

Διαλέξεις. 17. 5, qui addit: deorum contemptores qui paucissimi sunt, deos esse θσασι . . οὐχ ἐκόντες καὶ λέγονται ἀκοντες.⁷

§ 2. Iam apud Graecos auctores, qui fidei defensores Tertullianum praecesserunt, aliquoties sensus communes advocantur; ita Iust. ap. 2. 6. ιδ Θεὸς προσαγόρευμα οὐκ ὄντομά ἔστιν ἀλλὰ πράγματος δυσεξηγήτον ἔμφυτος τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων δόξα. In ap. 2. 13 omnes auctores ἀμυδρῶς veritatem vidisse affirmat διὰ τῆς ἐνούσης ἔμφύτου τοῦ λόγου σπορᾶς. Alibi provocat ad notitiam communem de animae aeternitate, quae appareat e necyomanteae universitate (ap. 1. 18). Item Athenagoras sensu publico argumento utitur: res. 14 (p. 64. 8—20. ed. Schwartz.) ἡ τῶν ἀληθείας δογμάτων ἡ τῶν ὅπωσοῦν εἰς ἔξετασιν προβαλλομένων ἀπόδειξις τὴν ἀπλανή τοῖς λεγομένοις ἐπιφέροντα πίστιν οὐκ ἔξωθεν ποθεν ἔχει τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἐκ τῶν τιοι δοκούντων ἡ δεδογμένων, ἀλλ’ ἐκ τῆς κοινῆς καὶ φυσικῆς ἐννοίας ἡ τῆς πρὸς τὰ πρῶτα τῶν δευτέρων ἀκολουθίας. ἡ γὰρ περὶ τῶν πρώτων ἔστι δογμάτων καὶ δεῖ μόνης ὑπομνήσεως τῆς τὴν φυσικὴν ἀνακινούσης ἐννοιαν ἡ περὶ τῶν κατὰ φύσιν ἐπομένων τοῖς πρώτοις καὶ τῆς φυσικῆς ἀκολουθίας καὶ δεῖ τῆς ἐπὶ τούτοις τάξεως, δεικνύντας τί τοῖς πρώτοις ἡ τοῖς προτεταγμένοις ἀκολουθεῖ κατ’ ἀλήθειαν ἡ τῆς κατ’ αὐτὴν ἀσφαλείας ἀμελεῖν μήτε τὰ τῇ φύσει τεταγμένα καὶ διωρισμένα συγκεῖν ἡ τὸν φυσικὸν εἶδον διασπᾶν. res. 24 (77. 20). τοῦτο πον καὶ τῆς κοινῆς πάντων ἐννοίας ἐκδιδασκούσης ἡμᾶς καὶ τῶν ἐν δρθαλμοῖς στρεφομένων ἐπιμαρτυρούντων. Cf. ib. p. 77. 27 sqq. et ad hunc loc. Rom. 2. 15 (de ,ἄγραφος λόγος²).

§ 3. In libello De Testimonio Animae Tertullianus his κοινᾶς ἐννοίας usus est ad veritatem illustrandam summarum doctrinae Christianae. Illius proprium est animam advocare absque anima

⁷ Zeller. Philosophie der Griechen.³ Leipzig. 1881, Bd. III. 2. p. 207. A. I.

testimonium flagitare de cognitione eius.⁸ Anima enim suum ipsius sensum de dogmatis Christianis oratione voluntaria profitetur neglectis iis quae circa se habet, aversa a suis factis. Quod hic sensus communis est apud omnes gentes omnibusque temporibus, vim externam habet et ab opinionis arbitrio seiunctam, cuius causa principalis in natura humana omnibus communi posita est. Ne autem sensus ille communis ad litteras divulgatas reducatur, T. quam maxima vi et gravitate sensum atque sermonem esse ante litteram adseverat.⁹

Anima primum profitetur esse deum unum et unicum, cuius qualitates quoque cognoscit non tam absolutas quam quae statum eius adversus homines definiunt. (c. 2).¹⁰ T. autem disserendi ratione utitur haud recta doctrinam Epicuri deos homines non curare argumento repugnans ‘animam, si aut divina aut a deo data sit, sine dubio datorem suum nosse et si norit, utique et timere’ (c. 2 § 4), cum paulo ante (c. 1. § 5) affirmaverit ‘animam minime divinam esse Epicuro videri’.

Quod anima daemonas esse testatur, testimonium multo levius est et concedit T. eam magis suspicionem et incertam opinionem habere quam certam notitiam ac perspicientiam veri (c. 3. ex.). Firmum autem et grave est, cum de immortalitate animae disserit

⁸ P. de Labriolle. Hist. de la litt. lat. chrét.² Paris 1924. p. 103. A. 3: On trouve même dans le stoïcisme des auscultations analogues du langage vulgaire, en tant que révélateur de certaines vérités: Chrysippe. St. V. Frg. 892 (v. Arnim. II. 243); Sénèque. Benef. 5.7.2 (*ib.* 6); Marc-Aurèle. 5.8; 10.21.

⁹ Etiam si concederet opinionem animae e litteris formatam esse, certe litterae Christianorum fuissent, cum aetate praecederent (c. 5. § 6); sed et si ita esset: *ante anima quam prophetia* (Marc. 1. 10. p. 303. 12).

¹⁰ Cum A. d' Alès, La Théologie de T. Paris. 1905. p. 40, verba *,sed homo malus'* e.q.s. ita intellegit, ut anima eo testimonium reddat de vitio originis, id longius arcessitum esse mihi videtur.

(c. 4), etsi fatendum est ea verba allata quae conscientiam animae de resurrectione spectant (c. 4. ex.), sine ulla vi et auctoritate esse, sicut et ipse sensisse videtur, cum in ultimis capitibus testimonia breviter complectens resurrectionem omittat.

In primo capite quinto T. universitatem et vulgaritatem et simplicitatem testimoniorum affirmat, illa insignia indicia communium sensuum quae designat in libro de res. 3 (29. 23): communes enim sensus simplicitas ipsa commendat et compassio sententiarum et familiaritas opinionum, eoque fideliores existimantur, quia nuda et aperta et omnibus nota definiunt.

Postremo T. testimonium animae et naturae vocem ad Deum reducit, fideiussorem constantiae et veritatis eius, quem esse ipsum testimonium probare debet. 'Hat sich aber T. hier nicht einer *petitio principii* schuldig gemacht', opponit L. Fuetscher¹¹ ipse repellens: „Der Ausgangspunkt der ganzen Beweisführung T.s ist, wie bereits erwähnt wurde, die Reflexion auf das Gottesbewusstsein, das sich in unserem Inneren kundgibt. Dieses Gottesbewusstsein erscheint aber nicht als ein rein subjektives Erlebnis, sondern die Beobachtung beweist es als eine allgemeine Tatsache in der ganzen Menschheit. Durch seine Allgemeinheit, seine Unabweislichkeit usw. erweist es sich als unwillkürliche Sprache der vernünftigen Natur als solcher. Darin liegt die Beweiskraft dieses Gottesbewusstseins, das als Erfahrungstatsache feststeht und sich als die Sprache der überall gleichen vernünftigen Natur offenbart. Als solche kann es unmöglich eine Täuschung sein, sondern ist notwendig wahr. Damit steht auch das Dasein des bezeugten Gottes fest und ist der erste Schritt vollkommen in sich abgeschlossen.“

Dem steht nun gar nichts im Wege, wenn noch ein weiterer

¹¹ Die natürliche Gotteserkenntnis bei Tertullian: Zeitschr. f. Kathol. Theologie. LI. (1927). p. 241-242; p. 243.

Schritt getan wird, und von der feststehenden Tatsache des Da-seins Gottes der Weg zu seiner Erkenntnis von neuem beleuchtet wird. Das dient zu einem tieferen Verständnis und Einblick in die Tatsache des allgemeinen und natürlichen Gottesbewusstseins. Dann gewinnt die ganze Darlegung indirekt, regressiv neues Licht und tieferes Verständnis und darum auch neue Ueberzeugungskraft: Gott der Urheber der ganzen Natur, der die Seele mit ihrer Ab-gestimmtheit und Veranlagung auf Gott geschaffen hat, ist selber auch der oberste, unwandelbare Bürge für das Zeugnis Gottes in unserer Innen- und Aussenwelt....."

„So bildet T.s Schrift vom Zeugnis der Seele zugleich auch einen schönen und tiefsinngigen Kommentar zum bekannten Worte Augustins (conf. 1. 1): *fecisti nos ad te et inquietum est cor nostrum, donec requiescat in te.*“

§ 4. De Testimonio Animae libellus conscriptio elaborata est sententiae quam T. breviter comprehendit in ap. 17.5—6: Quae (sc. anima) licet carcere corporis pressa, licet institutionibus pravis circumscripta, licet libidinibus et concupiscentiis evigorata, licet falsis deis exancillata, cum tamen resipiscit, ut ex crapula, ut ex somno, ut ex aliqua valitudine, et sanitatem suam patitur, Deum nominat, hoc solo nomine quia proprio dei veri. Deus magnus, Deus bonus, et Quod deus dederit, omnium vox est. Iudicem quoque contestatur illum: Deus videt, et Deo commendo, et Deus mihi reddet. O testimonium animae naturaliter Christianae! Denique pronuntians haec non ad Capitolium respicit. Novit sedem dei: ab illo et inde descendit.

Semel quoque T. hunc libellum citavit: c. Chr. 12 (O. 2. 447 sq.). Hoc quidem in omni recognoscere est, notitiam sui dico, sine qua notitia sui nulla anima se ministrare potuisset. Puto autem magis

hominem, animal solum rationale, competere et animam esse sortitum quae illum faciat animal rationale, ipsa in primis rationalis. Porro quomodo rationalis quae efficit hominem rationale animal, si ipsa rationem suam nescit ignorans semet ipsum? Sed adeo non ignorat, ut auctorem et arbitrum et statum suum norit. Nihil adhuc de iudicio eius admittens deo commendare se dicit. Nihil magis audiens quam spem nullam esse post mortem et bene et male defuncto cuique imprecatur. Plenius hoc prosequitur libellus quem scripsimus *De testimonio animae*.

Hoc argumentum ex consensu gentium Tertulliano vel maxime in deliciis fuit et saepenumero appellavit. Locos qui maximi momenti sunt, hic enumerabo (ordine edd. RW., Kroym., Oehler):
 spect. 2 (2.22). nemo negat, quia nemo ignorat, quod ulti natura suggerit, deum esse universitatis conditorem eamque universitatem tam bonam quam homini mancipatam.

nat. 2. 1. in..

pud. 9 (237. 21). vide an habeat ethnicus substantiam in deo patre census et sapientiae et naturalis agnitus in deum, per quam et apostolus notat in sapientia dei non cognovisse mundum per sapientiam deum, quam utique a deo acceperat.

iei. 6. in. (280. 3). provocatio ad conscientiam communem.

an. 2. (300. 24). sed et natura pleraque suggeruntur quasi de publico sensu, quo animam deus dotare dignatus est.

an. 41. (368. 18; 30). Cf. an. 25 (341. 7).

res. 3 (28. 22). est quidem et de communibus sensibus sapere in dei rebus, sed in testimonium veri, non in adiutorium falsi, quod sit secundum divinam, non contra divinam dispositionem. quaedam enim et natura nota sunt, ut immortalitas animae penes plures, ut deus noster penes omnes. utar et conscientia populi contestantis deum deorum; utar et reliquis communibus

sensibus qui deum iudicem praedicant: Deus videt, et Deo commendo.

Marc. 1. 10 (303. 6). maior popularitas generis humani ne nominis quidem Moysei compotes, nedum instrumenti, deum Moysei tamen norunt; etiam tantam idolatria dominationem obumbrante seorsum tamen illum quasi proprio nomine Deum prohibent et Deum deorum et Si deus dederit et Quod deo placet et Deo commendo. vide, an noverint quem omnia posse testantur.animae enim a primordio conscientia dei dos est. ... (l. 21). habet deus testimonia: totum hoc quod sumus et in quo sumus. sic probatur et deus et unus, dum non ignoratur alio adhuc probari laborante. Cf. 5. 16 (630. 19).

Cor. 6 (O. 1. 428 sq.). quaerens igitur dei legem habes communem istam in publico mundi, in naturalibus tabulis, ad quas et apostolus solet provocare, ut cum in velamine feminae, Nec natura vos, inquit, docet? ut cum ad Romanos natura facere dicens nationes ea quae sunt legis, et legem naturalem suggerit et naturam legalem.Ipsum deum secundum naturam prius novimus scilicet deum appellantes deorum, bonum prae sumentes et iudicem invocantes.

Scap. 2. in. (O. 1. 540). nos unum deum colimus quem omnes naturaliter nostis.

Argumenta eiusmodi apud scriptores eiusdem et posterioris Christianitatis in commentario afferam;¹² cf. praeterea C. van Endert. Der Gottesbeweis in der patristischen Zeit. Freiburg. 1869. p. 34. A. 3; p. 36. 1, ubi nonnullos locos comparandos invenies.

¹² Addere velim Clem. Strom. 5. 14. Latius patet quod dicit Orig. c. Cels. 8. 52. οὐδὲ γὰρ τὰς κοινὰς ἐννοίας περὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν καὶ δικαίων <καὶ ἀδίκων> εὑροι τις ἄν πάντως ἀπολωλεκότας.

Plenius de naturali cognitione dei tractaverunt:

G. Esser. Die Seelenlehre Tertullians. Paderborn. 1893. p. 166—176.

L. Fuetscher. Die natürl. Gotteserkenntnis bei Tertullian. Zeitschr. f. Kath. Theologie. LI. 1927. p. 1—34; 217—251.

J. Lortz. Tertullian als Apologet. I—II Münster. 1927—1928 (in primis I. p. 234—248; II. p. 145—148).

§ 5. Liber *De testimonio animae* scriptus est post Apologeticum, ut intellegitur ex c. 5. § 6, qui locus aperte ad Apol. respicit. Quod aptissime cum ap. 17 cohaeret, vulgo creditur multos annos non interfuisse; cf. Bardenhewer. Gesch. d. altkirchl. Literatur. II. p. 347 sqq.; M. Schanz. Gesch. d. röm. Lit.² III. p. 291.

§ 6. De sermone Tertullianeo paucis tantum verbis praefari velim, quem his temporibus viri doctissimi Hoppe, Löfstedt, Thörnell iam copiose tractaverint.

Primum autem Ts antithesin¹³ stilo Asiano quem dicunt accep-tissimam in deliciis habet; e.g. c. 1. § 5; 2. § 7; 4. § 2; 6. § 2; 6. § 6; Deinde ut vir condicione iuris consultus igiturque peritus artis dicendi numeris orationi usitatissimis¹⁴ diligentius utitur et membra vel partes eorum similiter cadentes, homoeoteleuta et homoeoptota dico, saepius adhibet, ut in commentario identidem adnotavi, quam-quam fit, ut in isocolis minus accurate scribat et verba specie tam-tum homoeoteleuton forment (e.g. c. 1 § 5; 5 § 6; cf. pud. 1. p. 221. 27.)¹⁵

¹³ Cf. E. Norden. Antike Kunstprosa.⁴ II. p. 612 sqq.; Hoppe Synt. p. 158 sqq..

¹⁴ Sc. clausulae τοιτοι, τοιτοι, τοιτοι. Cf. Hoppe. Synt. p. 154 sqq.; Beitr. p. 54 sqq.; Löfstedt. Z. Spr. T. p. 76 sqq..

¹⁵ De parisosi vide l.c. in adn. 13; Norden. A.K. p. 943 (Anhang II.).

Verborum initii simili sono vel paromoeosi quam in comm. interdum facilius quam rectius adlitterationem vel iuncturam adlitteratam nominavi. T. vel maxime indulget necnon figurae quae anaphora vocatur. Ante omnia autem usus metaphorae omnis generis apud Tm. latissime patet, depromptae a natura: e.g. c. 3.2: *damnationis tradux*; 5.5: *antequam litterae in saeculo germinassent*; 5.6: *in quorum oleastro insiti sumus* — a re militari c. 2.4. *retorquere*; 4.9. *congredi* — in primis a sermone forensi. Immo totus libellus una fere metaphora est: Iamdudum causa agitur inter Christianos et ethnicos, qui autem omnia testimonia quae illi in medium protulerunt, ex incredulitate contemnunt. Nunc novam testem citant Christiani, animam humanam, quam nemo reicere potest. Sed testimonium dicens anima conscientia detinetur ipsius rei, propter quam Christiani irridentur, et stat ante iudicem, *et rea et testis, in tantum et rea erroris, in quantum et testis veritatis* (c. 6 § 5).

§ 7. Textus nititur in nova collatione codicis Agobardini qui unus librum *De testimonio animae* tradidit; codicem ipsum non excussi, sed chartas photographicas ita expressas perspexi, ut plura in ipso codice quam in charta distingui posse minime verisimile existimem. Editio a v. d. March curata haec Ti. opera continet: ad Martyras, de testimonio animae, Apologeticus, ad Scapulam, de spectaculis; omnia quidem praefatione instructa sunt, tria priora insuper breviter sed saepe optime adnotata. March nonnulla de sermone Tertulliano addidit quae hic illic in commentario commemorabo; textus eius in libello D.T.A. praecipue B secutus est.

De pretio codicis Agobardini et editionum in Indice Siglorum receptarum viri doctissimi v. Hartel et Wissowa (RW. Praef. VI sqq.) et Kroymann (Praef. XII sqq.; XXIII sqq.) copiose disseruerunt, ad quos lectorem delegare mihi liceat.

INDEX SIGLORUM.

- A. Codex Agobardinus s. Parisinus Latinus 1622 saec. IX.
B. Editio Ioannis Gangnei vel potius Martini Mesnartii. a. 1545.
Bmg. Margo editionis Gangneianae-Mesnartianae.
Gel. Editio Sigismundi Gelenii. a. 1550.
Pam. Editio Iacobi Pamelii. a. 1579.
Rig. Editio Nicolai Rigaltii. a. 1634.
Oehler. Editio Francisci Oehleri. a. 1853—4.
March. Editio a F. A. March curata. The select works of Tertullian. New York. 1876. (Douglass Series of Christian Greek and Latin Writers. vol. III.)
RW. Editio ab A. Reifferscheid et G. Wissowa curata. Vindobonae. 1890. (Corp. Script. Eccl. Lat. vol. XX.)
- [] his uncinis textui interpositis includuntur ea verba quae dubitanter recepi.

Bindley = T. H. Bindley. Q. S. Fl. Tertulliani De praescriptione haereticorum, ad Martyras, ad Scapulam. Oxford. 1893. — Blokhuis = G. Blokhuis. De latinitate qua usus est Tertullianus in Apologetico. Utrecht. 1892. — v. Hartel = W. v. Hartel. Patristische Studien. III. Wien. 1890. — Hofm. = Stoltz-Schmalz. Lateinische Grammatik⁵, bearbeitet von M. Leumann und J. B. Hof-

mann. (Handb. d. Alt. wiss. II. 2.) München. 1928. — Hoppe. Diss. = H. Hoppe. *De sermone Tertulleaneo quaestiones selectae*. Marburg. 1897. — Hoppe. Synt. = id. *Syntax u. Stil des Tertullian*. Leipzig. 1903. — Hoppe. Beitr. = id. *Beiträge zur Sprache u. Kritik Tertullians*. Lund. 1932. — Kellner. Uebers. = H. Kellner. *Tertullians ausgewählte Schriften ins Deutsche übersetzt*². I-II. Kempten. 1912—1915. (Bibl. d. Kirchenväter. Bd. 7 & 24.) — Koffmane = G. Koffmane. *Geschichte des Kirchenlateins*. I. Breslau. 1879—81. — Kühn.-Stegm. = Kühner-Stegmann. *Ausführliche Grammatik der latein. Sprache*,² voll. III. Hannover. 1912—14. — Löfstedt. Arnob. = E. Löfstedt. *Arnobiana*. Lund. 1917. — Löfstedt. Krit. Bem. = id. *Kritische Bemerkungen zu Tertullians Apologeticum*. Lund. 1918. — Löfstedt. Z. Spr. T. = id. *Zur Sprache Tertullians*. Lund. 1920. — Löfstedt. Synt. = id. *Syntactica. Studien u. Beiträge zur histor. Syntax des Lateins*. I—II. Lund. 1928—34. — Mayor-Souter = Q. S. Fl. *Tertulliani Apologeticus. The text of Oehler annotated by J. E. B. Mayor. With a translation by A. Souter*. Cambridge. 1917. — Rönsch. *It. et Vulg.* = H. Rönsch. *Itala u. Vulgata*.² Marburg. 1875. — Teeuwen = S. Teeuwen. *Der sprachl. Bedeutungswandel bei Tertullian*. Paderborn. 1926. — Th. St. T. = G. Thörnell. *Studia Tertulliana*. I—IV. Uppsala. 1917—1926. — Waltzing. Comm. = J. F. Waltzing. *Bibl. de la faculté de philosophie et lettres*. fasc. XXIV. *Tertullien. Apologétique. II. Commentaire analytique, grammatical et historique*. Liège. 1919. — Waszink = J. H. Waszink. *Tertullian. De anima*. Mit Einleitung, Uebersetzung u. Kommentar. Amsterdam. 1933.

DE TESTIMONIO ANIMAE.

Caput 1.

70. v. Magna curiositate et maiore longe memoria opus est ad studendum, si qui velit ex litteris receptissimis quibusque philosophorum vel poetarum vel quorumlibet doctrinae ac sapientiae saecularis magistrorum testimonia excerpere Christianae veritatis, ut aemuli persecutores eius de suo proprio instrumento et erroris in se et iniquitatis in nos rei revincantur. 2. Nonnulli quidem, quibus de pristina litteratura et curiositatis labor et memoriae tenor perseveravit, ad eum modum opuscula penes nos condiderunt commemo- rantes et contestificantes in singula rationem et originem et traditionem et sententiarum argumenta, per quae recognosci possit
71. nihil nos aut novum | aut portentosum suscepisse, de quo non etiam communes et publicae litterae ad suffragium nobis patro- cinentur, si quid aut erroris eiecimus aut aequitatis admissimus. 3. Sed suis quidem magistris alias probatissimis [atque lectissimis] fidem inclinavit humana de incredulitate durtia, sicubi in argu-

Incipit DETESTIMONIO ANIMAE FELICITER. A.

I. 1. adstudendum, Rig. — quis, B. — receptissimi cuiusque, Ciacconius — doctrina sapientiae, B. — rei evincantur. Ac nonnulli, dubitanter Iunius — 2. eum modum, B; duos tresve litterae in A perierunt; gentes, Rig. — testificantes, A. — singula rationem, Priorius, Rig.: singulationē, A; suggillationem, B; suggilla- tionem et originum et traditionum, Latinus, Iunius; in singula rationem et originem traditionum, Oehler — sententiarum argumenta, A et omnes edd.; argumenta sententiarum, Priorus, RW. — 3. Sed suis, A.Bmg; Sed ne suis, B. — atque lectissimis, om. A. — incredulitate, A. —

OVER HET GETUIGENIS VAN DE ZIEL

Hoofdstuk 1.

1. Een groote speurzin en in nog veel grootere mate een sterk geheugen wordt vereischt voor de studie, indien iemand uit de geschriften, de de meeste opgang maken, van wijsgeeren en dichters en welke leeraars ook van de heidensche wetenschap en philosophie getuigenis wil verzamelen van de christelijke waarheid om haar vijanden en vervolgers door hen op grond van hun eigen geschriften te weerleggen het bewijs van hun schuldig zijn aan waarachtigheid tegenover zich zelf en onrechtvaardigheid ten opzichte van ons te leveren. 2. Wel hebben sommige, die van hun vroegere wetenschappelijke studie een ijverige speurzin en een taai geheugen bijgebleven is, in die geest kleinere werken bij ons geschreven en daarbij punt voor punt de grond en de oorsprong en de overleving en de bewijzen der uitspraken nagegaan en door uitspraken bij u gestaafd, waaruit men zou kunnen zien, dat wij niets ongehoords of vreemdsoortigs hebben ~~oordijn~~ aanvaard, waarin ook de tot gemeengoed geworden en openlijk bekende geschriften ons niet bijvallen en in bescherming nemen, indien wij een of andere dwaling hebben verworpen of iets, wat waar is, opgenomen hebben.
3. Maar zelfs bij hun eigen leermeesters, die anders het meest geprezen en gelezen zijn, heeft de uit ongeloovigheid voortspruitende hardnekkigheid der mensen hun betrouwbaarheid neergehaald, indien zij ergens op bewijsgronden voor de christelijke apologie stoeten. Dan zijn dichters dwazen, wanneer zij de goden

menta Christianae defensionis impingunt. Tunc vani poetae, cum deos humanis passionibus et fabulis designant, tunc philosophi duri, cum veritatis fores pulsant. Hactenus sapiens et prudens habebitur, qui prope Christianum pronuntiaverit, cum, si quid prudentiae aut sapientiae affectaverit seu caerimonias desprens seu saeculum re-vincens pro Christiano denotetur. 4. Iam igitur nihil nobis erit cum litteris et doctrina perversae felicitatis, cum in falso eis creditur quam in vero. Viderint si qui de unico et solo deo pronuntiaverunt. Immo nihil omnino relatum sit, quod agnoscat Christianus, ne exprobrare possit. Nam et quod relatum est, neque omnes sciunt neque qui sciunt, constare confidunt. Tanto abest, ut nostris litteris annuant homines, ad quas nemo venit nisi iam Christianus. 5. Novum testimonium advoco immo omni litteratura notius, omni doctrina agitatus, omni editione vulgatus, toto homine maius, id est totum quod est hominis. Consiste in medio, anima, seu divina et aeterna res es secundum plures philosophos, eo magis non mentieris: seu minime divina quoniam quidem mortalis, ut Epicuro soli videtur, | eo magis mentiri non debebis, seu de coelo exciperis, seu de terra conciperis, seu numeris seu atomis concinnaris, seu cum corpore incipis, seu post corpus induceris, undeunde et quoquo modo hominem facis animal rationale, sensus et scientiae capacissimum. 6. Sed non eam te advoco, quae scholis formata, bybliotheccis exercitata, academiis et porticibus atticis pasta sapientiam ructas.

absignant, Iunius — varietatis, A. — ceremonias, A; ceremonias, B. — 4. cum in falso eis, v. Hartel. Patr. Stud. III. p. 66; cum in falso eius, A; cui in falso potius, B omnes edd. — relatum sic, v. Hartel. Patr. Stud. III. p. 66 — Tantum abest, Iunius — 5. aeditione, A littera a expuncta — homines, A — mentieris, Ciacconius prob. Iunio; mentiens B — debens, Urs. Rig. — incipis, A; incooperis, B; inciperis, Iunius — 6. academiis, ita castigavit Latinius; academicis, A; academicis, B — pasta, A; parta, B; partam, Gel. Pam. March; pastam, Hildebrand ad Apul. II. p. 332 — sapientia, B — eructas, Urs —

met menschelijke hartstochten en volgens de mythen voorstellen, onuitstaanbaar zijn wijsgeeren dan, wanneer zij kloppen aan de poorten der waarheid. Niet langer wordt iemand als wijs en verstandig beschouwd, die een bijna christelijke uitspraak gedaan heeft, terwijl, indien hij eenig juist inzicht en iets van de ware wijsheid zoekt te verwerven, hetzij door de cultus der goden te versmaden, hetzij door de wereldsche wijsheid te weerleggen, hij als een Christen wordt gebrandmerkt. 4. Daarom willen wij verder niets meer te maken hebben met die geschriften en wetenschap, die een aversechtsch succes ten deel valt, daar men ze meer geloof schenkt in wat verkeerd dan in wat waar is. Mijnentwege mogen sommigen uitspraken over de ééne en eenige God gedaan hebben. Of neen, laat er in 't geheel niets meegedeeld zijn, wat een Christen aanneemt, zoodat hij er geen aanmerking op kan maken. Want ook dat, wat bericht is, kent niet iedereen en zij, die het kennen, zijn er niet zeker van, dat het absoluut vaststaat. Des te verder zijn de mensen er van af, dat zij met onze geschriften instemmen, waarvan niemand kennis neemt dan die reeds Christen is. 5. Een ongekende getuige roep ik op, of liever een beter gekend dan alle geschriften, meer levend dan alle wetenschap, algemeener dan elke uitgave, groter dan de geheele mensch, nl. het totaal, dat de mensch vormt. Treed naar voren, o Ziel, onverschillig, of gij een goddelijk en eeuwig wezen zijt volgens de meening van de meeste philosophen: des te eerder zult ge u van leugen onthouden, of allerminst goddelijk, omdat ge juist sterfelijk zijt, naar Epikouros alleen meent: dan eerst recht zal het uw plicht zijn niet te liegen, of ge uit de hemel wordt ontvangen of uit de aarde geboren, of ge uit getallen wordt samengevoegd of uit atomen, of ge tegelijk met het lichaam uw bestaan aanvangt of na het levensbegin van het lichaam daarin wordt gelegd, van waar en hoe dan ook ge

Te simplicem et rudem et impolitam et idioticam compello qualem te habent qui te solam habent, illam ipsam de compito, de trivio, de textrino totam. 7. Imperitia tua mihi opus est, quoniam aliquantulae peritiae tuae nemo credit. Ea expostulo quae tecum homini infers, quae ex temetipsa aut ex quocumque auctore tuo sentire didicisti. Non es, quod sciam, Christiana. Fieri enim, non nasci solet Christiania.

Tamen nunc a te testimonium flagitant Christiani, ab extranea adversus tuos, ut vel tibi erubescant, quod nos ob ea oderint et inrideant, quae te nunc conscientia detinent.

qualem habent, B — textrino. Tota imperitia, v. Hartel. Patr. Stud. III, p. 67
7. peritiae tuae, B; peritiae, A — homini, A; in hominem, B — est quod, A corr.
— soles, Urs. March — conscientia detinent, ego; conscientia detinet, A Bmg;
conscientia detineant, Oehler; consciam detineant, B. Gel. Pam. Rig. March. RW..

de mensch maakt tot een redelijk wezen, dat voor waarneming en kennis ten zeerste ontvankelijk is. 6. Maar ik daag u niet als een zulke, die in scholen gevormd, in bibliotheken geoefend, in Akademie en Attische zuilengang gevoed, van wijsheid overloopt. Tot u richt ik mij, die eenvoudig zijt en ongeletterd en ongepolijst en onwetend, zooals zij u bezitten, die niets anders hebben dan u alleen, juist zoo een, onvervalscht uit de achterbuurt, van de straat, uit de fabriek. 7. Uw onervarenheid is het, wat ik hebben moet, daar aan uw ervaring, gering als ze is, niemand geloof schenkt. Dat wil ik van u weten, wat ge met u in de mensch brengt, wat ge of krachtens uzelf of door uw schepper, wie hij dan ook zijn moge, hebt leeren inzien. Gij zijt, voor zoover ik weet, geen Christen: een ziel pleegt Christen te worden, niet door geboorte te zijn. Toch vorderen de Christenen thans van u een getuigenis, van u, die buiten hen staat, tegenover de uwen, opdat zij juist voor u zich zullen schamen, dat zij ons haten en bespotten om datgene, waarvan thans blijkt, dat gij er mede van af weet.

Caput 2.

1. Non placemus deum praedicantes hoc nomine unico unicum, a quo omnia et sub quo universa. Dic testimonium, si ita scis. Nam te quoque palam et tota libertate qua non licet nobis, domi ac foris audimus ita pronuntiare. Quod deus dederit, et. Si deus voluerit. Ea voce et aliquem esse significas et omnem illi confiteris potestatem, ad cuius spectas voluntatem, simul et ceteros negas deos esse, dum suis vocabulis nuncupas, Saturnum, Iovem, Martem, Minervam.

72.

Nam solum deum confirmas quem tantum deum nominas, ut, et cum illos interdum deos appellas, de alieno et quasi pro mutuo usa videaris. 2. De natura quoque dei quem praedicamus, nec te latet. Deus bonus. Deus benefacit, tua vox est. Plane, adicis. Sed homo malus, scilicet contraria propositione oblique et figuraliter exprobrans ideo malum hominem, quia a deo bono abscesserit. Etiam quod penes deum bonitatis et benignitatis omnis benedictio inter nos summum sit disciplinae et conversationis sacramentum. Benedicat te deus tam facile pronuntias quam Christiano necesse est, at cum in maledictum convertis dictionem dei, perinde dicto omnem super nos potestatem eius consistere secundum nos confiteris.

1. deum, A; dominum B. — unico, om. A, — negas, om. A. — nam, om. A. — et cum, AB Gel. Pam. Rig.; etiam cum, March; cum et, Oehler. RW. — 2. quam, Rig. — bonus est, B. Gel. Pam.; bonus [est], March — Planeadicis, A; Plane ea dicis, B; Plane et adicis, March. — et contraria, B — necesse est. At cum in maledictum, A. March.; id maledictum, B. Gel. Pam. — dictionem dei, perinde

Hoofdstuk 2.

1. Wij vallen niet in de smaak, wanneer wij God met deze naam alleen als de Eene verkondigen, van wie alles voortkomt en aan wie alles onderworpen is. Spreek uw getuigenis, Ziel, of gij er zoo over denkt. Ook u toch hooren wij openlijk en met volkomen vrijheid, zooals ons niet vrijstaat, in het particuliere leven en in het openbaar deze uitspraken doen: Wat God geve, en, Indien het God behaagt. Door deze woorden geeft gij te kennen, dat er een God is, en ook bekent gij, dat alle macht aan hem is, met wiens wil gij rekening houdt, en daarmee ontkent gij tevens, dat de anderen goden zijn, daar gij hen met hun eigen benamingen aanduidt, Saturnus, Juppiter, Mars, Minerva. Immers gij stelt alleen als God vast degene, die gij (alleen maar) zonder meer God noemt, zoodat ge, wanneer gij ook de anderen al eens goden noemt, uit ander-mans goed en als het ware bij wijze van leening van die naam gebruik schijnt te maken. 2. Ook van de natuur van de God, die wij verkondigen, zijt gij niet onkundig. „God is goed,” „God doet wel,” luidt uwe stem. Zeker, gij voegt er aan toe, „maar de mensch is slecht,” natuurlijk omdat gij door de tegenstelling der woorden indirect (zijdelings) en verbloemd de mensch daarom het verwijt van slechtheid maakt, omdat hij zich van de goede God heeft afgewend. Zelfs wat betreft, dat bij ons iedere zegen bij de goede en liefdevolle God de hoogste heililing van ons zedelijk leven en gedrag is: het „God zegene u” spreekt gij even zoo gemakkelijk

3. Sunt qui etsi deum non negent, dispectorem plane et arbitrum et iudicem non putent — in quo utique nos maxime reiciunt, qui ad istam disciplinam metu praedicati iudicii transvolamus — sic deum honorantes, dum curis observationis et molestiis animadversionis absolvunt, cui ne iram quidem adscribunt. Nam si deus, inquiunt, irascitur, corruptibilis et passionalis est: porro quod patitur quodque corrumpitur, etiam interitum potest capere, quem deus non capit. 4. At idem alibi animam divinam et a deo conlatam confitentes cadunt in testimonium ipsius animae retorquendum adversus opinionem superiorem. Si enim anima | aut divina aut a deo data est, sine dubio datorem suum novit, et si novit, utique et timet et tantum postremo ad auctorem. 5. An non timet quem magis propitium velit quam iratum? Unde igitur naturalis timor animae in deum, si deus non novit irasci? Quomodo timebitur, qui nescit offendit? Quid timetur nisi ira? Unde ira nisi ex animadversione? Unde animadversio nisi de iudicio? Unde iudicium nisi de potestate? Cuius potestas summa, nisi dei solius? 6. Hinc ergo tibi, anima, de conscientia suppetit domi ac foris nullo irridente vel prohibente praedicare, Deus videt omnia, et Deo commendo, et Deus reddet, et Deus inter nos iudicabit. Unde tibi hoc non Christianae? 7. Atque adeo et plerumque et vitta Cereris redimita, et pallio Saturni coccinata, et deae Isidis linteata, in ipsis denique templis deum iudicem imploras. Sub Aesculapio stas, Iunonem in dicto, ABmg; benedictionem dei, perinde dicto, Gel. Rig.; in benedictionem dei, perinde dicto, Pam.; benedictionem dei. Proinde dicis, B. — 3. despectorem, A. —

4. testimonio, A corr. — non novit, AB; non del. Gel. — ut tantum, B — auctorem, B; ad auctorem, v. Hartel, Patr. Stud. III. p. 67; ut tantum. Postremo auctorem e.q.s., Iunius. — 5. timet et quem, AB; et del. Gel. — vult irasci, A. — timebitur, ego; Quomodo time... qui nescit offendit, A.: (quattuor aut quinque litterae perierunt) spatium amplius trium litterarum patet — de dei iuditio, A; dei del. Rig., uncinis inclusit March. — hoc tibi, B — Christiane, B; Christiana, atque, Pam. — 7. atque dō &, A; atque adeo, Rig.; atque ad eum, B; atque id,

uit als een Christen dat moet doen, en wanneer gij omgekeerd het gebruiken van Gods naam tot een vervloeking aanwendt, bekent gij evenzoo als wij door uwe woorden, dat zijn volkomen macht over ons bestaat.

3. Ofschoon zij niet ontkennen, dat God bestaat, houden sommigen hem toch niet voor een beoordeelaar en beschouwer en rechter — en daarin vooral willen zij voornamelijk niets van ons weten, die deze leer omhelzen uit vrees voor het voorzegde oordeel — terwijl zij God zoo willen eeren door hem van de zorgen van het toezicht houden en de lasten van het straffen te ontheffen, terwijl zij hem zelfs het toornig worden niet toekennen. Want, zeggen ze, als God toornig wordt, is hij aantastbaar en aan lijden onderhevig: echter wat aan lijden onderhevig en wat aantastbaar is, kan ook te gronde gaan, wat God niet kan.^{/4.} Evenwel, waar diezelfde lieden elders bekennen, dat de ziel goddelijk is en door God samengevoegd, komen zij terecht bij het getuigenis van de ziel zelf, dat tegen hun bovenvermelde meening te keeren is. Immers, indien de ziel goddelijk of door God gegeven is, dan kent zij zonder twijfel haar Schepper, en indien zij hem kent, dan vreest zij toch zeker ook degene, die tenslotte in zijn zoo groote macht haar geschapen heeft.^{/5.} Of zou zij hem niet vreezen, die zij liever goedgunstig jegens haar dan vertoord wil zien? Vanwaar dan de natuurlijke vrees van de ziel voor God, indien God geen toorn kent? Hoe zou men hem vreezen, die niet beleedigd kan worden? Waarvoor is men bevreesd tenzij voor zijn toorn? Waarom wordt zijn toorn gevreesd tenzij wegens de bestraffing? Vanwaar de bestrafing tenzij krachtens een oordeel? Vanwaar een oordeel tenzij op grond van macht? Wie behoort de hoogste macht tenzij God alleen?
 /6. Daarom dus kunt gij, o Ziel, krachtens uw medeweten in het particuliere leven en in het openbaar, zonder dat iemand u bespot

aere exornas, [Minervam calcias furvis galeam formis], et neminem de praesentibus deis contestaris. In tuo foro aliunde iudicem appellas, in tuis templis alium deum pateris. O testimonium veritatis, quae apud ipsa daemonia testem efficit Christianorum!

veritatis fores pulsant. De usu metaphorico verbi *pulsare* v. Hoppe. Synt. p. 137. cf. res. 1(26. 3). pulsata saltem, licet non adita veritate; bapt. 20 (218). pulsastis et apertum est vobis; Matth. 7. 7. pulsate et aperietur vobis.

hactenus, i. q. *non amplius*. Rönsch. It. et Vulg. p. 340 sq.; Hoppe. Synt. p. 111 et adn. 1; Beitr. p. 127. A. 2; Bindley. p. 47 — Observes velim verborum constructionem artificosissimam: habebitur-pronuntiaverit, affectaverit-denotetur; sapiens et prudens-quid prudentiae aut sapientiae; adlitteratio: prope Christianum pronuntiaverit; cum simili sonitu extremonrum verborum: seu caerimonias despueens seu saeculum revincens. — de futuro *habebitur* v. Hofm. p. 555.

prope Christianum. De figura ὑφ' ἐν vide Hoppe. Diss. p. 20 sq.; Synt. p. 107; Th. St. T. II. p. 63; 80 sq.; cf. infra c. 2 § 6. non Christianae; ap. 2. 17. iterum Christianus.

pronuntiaverit. „proclamer comme un maxime, une règle morale.”

Waltzing. Comm. p. 181. (ap. 45. 6).

si.... affectaverit, scilicet, si secundum philosophiam suam vixerit; alioqui maximo in honore erat: ap. 46. 6 sq.; nat. 1. 4 (63. 29). — de verbi *affectare* significatione vide Waltzing. Comm. p. 184 ad ap. 46. 6; eundem sensum habet ap. 46. 13 tyrannidem affectare; et infra c. 4 § 10 unde animae affectare alqd quod velit p. m..

caerimonias, v. Thes. L. L. III. 101. 70; ap. 42. 4.

despuens. Hoc verbum transitive et metaphorice cum optima tum inferiore latinitate usurpatur. Plaut. Asin. 39. teque opsecro, hercle, ut quae locutu's despuas; Catull. 50. 18 sq. precesque nostras Oramus, cave despuas, ocella; Arnob. nat. 3. 15. despuitis nos ut rudes; Min. Fel. 8. 4. deos despunt; Tert. spect. 13(15. 13); idol. 11(42. 22); c. Chr. 4 (O. 2. 431); cf. Hoppe. Diss. p. 32; Synt. p. 184.

revincens v. supra § 1; ibid. s.v. saecularis.

denotetur. terminus technicus Ictorum: turpidinis nota infligere vel criminari. Hoppe. Diss. p. 81; Blokhuis. p. 135; Rönsch. It. et Vulg. p. 357.

4. **perversae felicitatis.** Haec philosophia enim comprobatur laudeque afficitur, cum veritati contraria est, irridetur autem et poena affligitur, si quantulumcumque veritati congruit.

cum in falso eis creditur quam in vero. Ita recte von Hartel. Patr. Stud. III. p. 66, secundum lectionem codicis A. praeter parvam correctionem *eis pro eius*; reliqui editores omnes Gangneum secuti sunt; Hoppe. Beitr. p. 48 quaestionem solvi non posse iudicat. Interpolatio editionis B autem in hoc errore vertitur, quod non attenditur frequentissima ellipsis vocabuli *magis*, cui cum Ecclesiastici tum maxime Tertullianus indulget;

vide Hofm. p. 730 sq. (apud Eccl. praesertim Graeco more); Blokhuis. p. 123 sq.; Hoppe. Diss. p. 51; Synt. p. 77; Beitr. p. 47 sq.; Rönsch. It. et Vulg. p. 442 sq.; March. p. 236; v. Hartel. Patr. Stud. I. p. 24. Cf. bapt. 20 (218.5). [populus] ventris et gulæ meminerat quam dei. — Item Gangneius vocabulum *magis* contra codicum auctoritatem inserit: Iud. 12(O. 2.733). nec poteris eum David filium dicere quam Christum. — *Cum* causale apud T. saepissime cum indicativo construitur; cf. Blokhuis. p. 19 sq.; Hoppe. Synt. p. 80; Beitr. p. 81. — *credere alci*, ajouter foi aux paroles de qqn.. Waltzing. Comm. p. 116 (ap. 23.18).

in falso.... in vero. Adiectiva neutrius generis T. amat pro substantivis usurpare etiam in casibus obliquis, praecipue in ablativo cum *in* praepositione; vide multa exempla e T. collecta in Thes. L.L. VI. 197 sq. s.v. falsus. Cf. Hoppe. Synt. p. 98; 100 sqq.; Th. St. T. IV. p. 101. Eadem sententia invenitur in ap. 47. 4. Nam et si qua simplicitas erat veritatis, eo magis scrupulositas humana fidem aspernata mutabat, per quod in incertum miscuerunt etiam quod invenerant certum; scorp. 11 (171.23). sec haec erat perversitas fidei probata non credere, non probata praesumere.

viderint si qui &c. Hac verbi forma particulae concessivae pari ponenda (cf. v. Hartel. Patr. Stud. I. p. 15) T. tum maxime utitur, cum de aliqua re nihil amplius dicere vult. (Esser. B.K.V. Tertullian. II. p. 488. A. 3.). Blokhuis. p. 126 sq.; v. exempla apud Bindley. p. 41; Waltzing. ap. 16.6; Oehl. cor. 13 (1.450. A. f). Kühn.-Stegm. II. 1.37.3. Mayor-Souter. p. 252. Cum in hac locutione T. subiectum post verbum ponere soleat, hoc quoque loco veri simile est propositionem *si* particula instructam esse subiectum; sed fortasse, sicut in priore

enuntiato, *,homines'* sive, *,pagani'* subiectum est putandum, ut particula *si pro num* (Hoppe. Synt. p. 73) interrogationem indirectam in indicativo positam (ib. p. 72; Löfstedt. Z. Spr. T. p. 57. A. 1) inducat; e.g. ap. 25. 4. Viderit Cybele, si urbem Romanam ut memoriam Troiani generis adamavit. Cf. Mayor-Souter. p. 332.

immo, antea dicta corrigit. ap. 10. 1; v. infra c. 4 § 6; cf. March. p. 174.

relatum sit... ne exprobrare possit. Particula *ne pro 'ut consecutivum'* cum negatione; cf. Hoppe. Synt. p. 82. Quam ob causam v. Hartel. Patr. Stud. III. p. 66 sq. '*relatum sic'* legendum putat, quod cum durum tum supervacaneum: praescr. 30 (O. 2. 28). Adhuc in saeculo supersunt qui meminerint eorum (sc. Apellis et Philumenes), etiam proprii discentes et successores eorum, ne posteriores (sc. esse) negare possint. (Bindley ad loc. nihil de hoc usu adnotavit); ap. 8 ex. Sequitur enim, ne ultra velis id te esse quod, si prius scisses, non fuisses. Cf. March. p. 201; Hofm. p. 726.; et Tac. ann. 2. 29. ita moderans, ne lenire neve asperare crimina videretur. (Ubi et Draeger de hoc usu *ne pro ut non tacet*).

agnoscat. verbum de sermone philosophorum depromptum; cf. H. Wagenvoort ad Sen. ep. 5. 5 (Seneca, Brieven aan Lucilius.² Utrecht. 1930). Idemque apud T. proprium usitatissimumque, cum de dei cognitione loquitur; Hoppe. Beitr. p. 88; Thes. L.L. I. 1360. 81 sqq..

nam et. De hac iunctura verbose disseruerunt Thörnell. St. T. II. p. 87 sqq. et Hoppe. Tertulliana. p. 55. (Festschrift-Bielefeld. 1908).

sciunt, i. q. *norunt*. Rönsch. It. et Vulg. p. 380; Blokhuis. p. 164.

tanto abest. De ellipsi vocabuli *magis* iam supra adnotavi. Hanc

locutionem pro melioris aetatis formula *tantum abest ut T.*
valde amat et quidem ille solus utitur. Thes. L.L. I. 213. 42.
Cf. Hoppe. Beitr. p. 48 sq.; Oehler ad loc. (1. 401 A. m.). In
hoc quoque proprio sermonis Tertullianei editores ellipsis sae-
pius non intelleguerunt, ut verba interpolarent.

nisi iam Christianus, sc. *āv.* Hoppe. Synt. p. 142 sq.; Th. St. T. I.
p. 51 sq.; IV. p. 51 sq..

5. **advoco**, i. q. *testem citare*. Thes. L.L. I. 894 sq.. idol. 23 (56. 14).
hic naturam et conscientiam advoco.

novum... immo... notius. vide supra § 4. — *litteratura*, posteriore
latinitate vim collectivam habet. — *agitatus*. Cum significa-
tione *alacritus, animatus* hoc comparativo quoque utitur Quint.
inst. 11. 3. 178; ib. 184; Sen. ep. 108. 22. March adnotavit p.
182: here, perhaps, „more discussed”.

id est, explicat vel potius subtiliter definit sensum vocabuli *prae-
cedentis*; v. infra c. 4 § 7; cf. March. p. 182; Th. St. T. I. p. 80.
totum quod, idem valet *quod quicquid*; cf. ap. 46. 9. totum quod in
Deum quaeritur; 49. 4 non totum quod in nos potestis; Marc.
1. 10 (303. 22) totum hoc quod sumus.

consiste in medio. locutio ex sermone Ictorum est; cf. Georges.
s.v. *consistere* I. 1. a. δ et s.v. *medius*. I. A. c. γ

seu divina etc.. Quamquam anima iam in mysteriis Eleusiniis im-
mortalis ducebatur (hymn. in Dem. 480 sqq.), tamen Pinda-
rus primus animam industriam et, ut Tertulliani verbo utar,
passionalem permanere dicit (Ol. 2. 68; Thren. 4. frg. 110).
Et Thales (Suidas. s.v. Θαλῆς; Diog. 1. 24; Plac. 4. 2. 1)
animaē aeternitatem defendit. Item Pythagorici. Cf. Arist.
de an. 1. 4; Diog. 8. 25 sqq.. ἀνθρώποις εἴναι πρὸς θεοὺς συγγένειαν
κατὰ τὸ μετέχειν ἀνθρωπον θεῷμοῦ, διὸ καὶ προοεῖσθαι τὸν θεὸν
ἥμῶν . . . εἴναι δὲ τὴν ψυχὴν ἀπόσπασμα αἰθέρος καὶ τοῦ θεῷμοῦ

καὶ τοῦ ψυχροῦ . . . ἀθάνατον τὸ εἶναι αὐτὴν, ἐπειδή περ καὶ τὸ ἀφ' οὐ
ἀπέσπασται ἀθάνατον ἔστι. Cic. Cato. 21. 78. Audiebam Pythagoram Pythagoreosque..... nunquam dubitasse quin ex uni-
versa mente divina delibatos animos haberemus. — Philolaus
ap. Porph. V.P. 19. ἀθάνατον εἶναι φῆσι τὴν ψυχήν. — Alc-
maeon ap. Arist. de an. 1. 12. 405a. — Epicharmus. frg. 23 ap.
Clem. Strom. 4. 541 C.; Diels frg. B. 11; Cic. 1. 8. 15. —
Heraclitus frg. 67 ap. Hippol. Refut. 9. 10; Sext. Pyrrh.
3.230; frg. 122 ap. Clem. Strom. 4. 532 B. — Empedocles. vs.
449 sq. (ed. Stein). — Socrates in dubio est: Apol. 29a.
οἴδε μὲν γὰρ οὐδεὶς τὸν θάνατον οὐδὲ εἰ ιγγάνει τῷ ἀνθρώπῳ
πάντων μέγιστον δν τῶν ἀγαθῶν, δεδίστι δὲ ὡς εὖ εἰδότες, διτι μέγισ-
τον τῶν κακῶν ἔστι. — Plato. Phaedr. p. 245. c. ψυχὴ πᾶσα
ἀθάνατος. Phaed. p. 80. b. τῷ μὲν θείῳ καὶ ἀθανάτῳ καὶ νοητῷ
καὶ μονοειδεῖ καὶ ἀδιαλότῳ καὶ ἀεὶ ὁσαίτως καὶ κατὰ ταῦτα ἔχοντι
αντῷ δμοιότατον εἶναι ψυχήν — Speusippus ap. Olympiod. in
Phaed. 98 — Aristoteles. gen. an. 2. 3. p. 737. a. λείπεται δὲ
τὸν νοῦν . . . θεῖον εἶναι μόνον. metaph. 12. 3. p. 1070. a. Cum
Plut. Plac. 5. 1. 4 p. 904. f. Aristotelem animam mortalem
putare affirmat, id ita intellegendum est eum de νοῦς παθητικός
tractare. Cf. Zeller. Grundriss d. Gesch. d. Griech. Philos. ¹²
p. 223. — Stoici animam permanere contendunt, saltem usque
ad conflagrationem mundi. Cf. St. V. Fr. II. 809—822. ed.
v. Arnim; Cleanthes. hymn. 4; Epict. Diss. 1. 46. 6; Sen. ep.
41. 2; Marc. Aurel. 2. 4; 5. 27 de animae divino origine; de
aeternitate Sen. ep. 102. 22 sqq.; 120. 14 sq.; cons. ad Marc.
24. 5; 26. 7 et in primis ep. 36. 10: mors..... intermittit vitam,
non eripit: veniet iterum qui nos in lucem reponat dies, quem
multi recusarent, nisi oblitos reduceret; Poseidonius ap. Cic.
divin. 1. 30. 64. — Cicero. Tusc. 1. 22 sqq.. — Manufestum

Neopythagoreos quoque huic doctrinae adhaerere; cf. Zeller. Gesch. d. Gr. Philos. 3. 2. p. 137; p. 155. Carm. aureum. 70 sqq. ήν δὲ ὑπολείγας σῶμα εἰς αἰθέρον ἐλεύθερον ἔλθης, Ἐσσεῖαι ἀθάνατος θεὸς ἀμβροτος οὐκέτι θυητός. — Plutarchus. de sera num. vind. 18. p. 560; n. p. suav. vivi. 27-30. — Celsus ap. Orig. c. Cels. 8. 49 — Numenius ap. Stob. Ecl. 1. 1066. — Harporcation ap. Aen. Gaz. Theophr. p. 16 ed. Barth. — Cf. Rohde. Psyche 7-8. II. p. 143 sqq.; p. 263 sqq..

eo magis non mentieris. Secundum Reifferscheidium ultimi verbi etiamtunc in codice A legi poterant litterae *me..... s.* Oehler in app. crit. Baluzium in cod. A eandem lectionem quam in B invenisse adnotavit. In charta photographica codicis A iam nulla huius vocabuli littera distingui potest. Cum litterae *ti* perfacile littera *n* poterant permutari, eo magis quod hoc membrum periodum interrupit, Ciacconii coniecturam recipiendam puto respiciens quoque verba congruentia *eo magis mentiri non debebis*. — Adlitterationem reiteratam observes velim et anaphoram octuplicatam.

quoniam quidem mortalis, sc. οὖσα. Cf. Hoppe. Synt. p. 142 sq.; v. Hartel. Patr. Stud. III. p. 70; Th. St. T. II. p. 17; IV. p. 51 sq.; p. 55 sq. — Participem autem esse divinitatis immortalitatem non amplectitur: Plut. Plac. 5.1.4. p. 904. f. Ἀριστοτέλης καὶ Δημάρχος . . . ἀθάνατον μὲν εἶναι οὐ τομίζοντες τὴν ψυχὴν, θείου δέ τυος μετέχεντι αὐτήν. (cf. autem de Aristotelis sententia notam superiore). Cf. Lucr. 2. 991 sqq. et Munro ad loc..

ut Epicuro soli videtur. Diog. 10. 64 sq.; Lucr. 3. 417-827; Plut. n. p. suav. vivi. 27. 1. 3; 30. 5; Sext. math. 9. 72. — Sed non Epicuro soli: Democritus Plac. 4. 7. 3. φθαρτὴν (sc. τὴν ψυχὴν εἶναι) τῷ σώματι συνδιαφθειρομένην. Stob. Floril. 120. 20. —

Anaxagoras. Plac. 5. 25. 3. *Ἄρειαγόρας δέ (φησι) . . . εἴναι δὲ καὶ ψυχῆς θάρατον τὸν διαχωρισμόν.* (aliter docet Zeller.⁵ 1. 2. p. 1013 sq.). — Et Cyrenaeici nihil non interitum capere affirmabant. Plut. comm. not. 314. p. 1075. a. — Dicaearchus. Cic. Tusc. 1. 31. 77. acerrume.... Dicaearchus contra hanc immortalitatem disseruit; ib. 22. 51; Plac. 5. 1. 4 (v. notam proximam). — Strato ap. Olympiod. in Phaed. 150 sq.; 191. — Contra Stoicam doctrinam communem Panaetius aeternitatem animae pernegavit: Cic. Tusc. 1. 32. 79. (P.) huius (sc. Platonis) hanc unam sententiam de immortalitate animorum non probat. — Item Cornutus ap. Stob. Ecl. 1. 922. — Boethus Peripat. ap. Simpl. de an. 69; Eus. pr. ev. 9. 28. 4. — Et Soranus secundum Tert. an. 6 (306. 30). Incredibile est T. Epicuro soli' ad verbum dixisse — alio loco, e.c. de anima, opinione reddit philosophorum, quorum ad summum nomina nobis nota sunt, licet interdum fallatur — sed principe illo propugnatore animae mortalitatis doctrinae solo adversus 'plures philosophos' commemorando indicare mihi velle videtur utramque thesin suae argumentationi nullius momenti esse, diligentia quidem de industria, cum fortasse simul id sequeretur, ut veritatem prioris ut receptissimae suggereret.

seu de caelo etc. homoeoteleuton; v. praef. § 6; cf. Hoppe. Synt. p. 164; Th. St. T. IV. p. 59. — *anima de caelo excepta*, ut apud Eurip. Chrysipp. frg. 6; Suppl. 533 sqq.; Hel. 1012 sqq.; cf. Aristoph. Pax. 832; apud Platonem in Timaeo. p. 41. d. sqq. (duobus autem locis, Protag. p. 321. c. et resp. p. 414. d. sq., fabula narratur homines ex terra esse ortos); idem docet Epicurus ap. Lucr. 2. 991; 999-1001. — *de terra concepta*: ita Parmenides. Diels. Doxogr. 482. 19. Antitheseos causa T.

caelum et terram ad animae originem alterum alteri opponit;
qua in re cetera elementa praetermittit.

seu numeris seu atomis concinnaris. Illud docent Pythagorae
adsentatores; v. Arist. metaph. 1. 5. p. 985. b.; de an. 1. 4 in..
— Xenocrates. v. Plut. an. pr. 1. 5. p. 1012; Procl. in Tim.
190. d.; Cic. Tusc. 1. 10. 20; Macrob. Somn. 1. 14. — Plato.
Tim. p. 35 sqq.. — Neopythagorei. cf. Plac. 4. 2. 2; Numen.
nat. hom. 44; Sext. math. 4. 6 sq.. — Plutarchus. De Ei. 13. p.
390; def. orac. 35. p. 429. — Numenius ap. Procl. in Tim.
p. 187. a; p. 226. b. — Animam ex atomis compositam Demo-
criti doctrina est; cf. Arist. de an. 1. 2. p. 403. b: *ὅτεν*
Δημόκριτος μὲν πῦρ τι καὶ θερμόν φησι (sc. τὴν ψυχὴν) εἶναι.
ἀπείρων γάρ ὄντων σχημάτων καὶ ἀτόμων τὰ σφαιροειδῆ
πῦρ καὶ ψυχὴ λέγει δύοις δὲ καὶ Δεύκαππος. ibid.
p. 405. a; Cic. Tusc. 1. 11. 22; 18. 42; Diog. 9. 44; Plac. 4. 3. 4.
πυρῶδες σύγκριμα ἐκ τῶν λόγω θεωρητῶν, σφαιρικάς μὲν ἔχόντων
ἰδέας, πυρίνην δὲ τὴν δύναμιν. Ita et Epicurus ap. Lucr.
3. 177 sqq.; Diog. 10. 63; 66: *ἔξι ἀτόμων αὐτὴν (sc. τὴν ψυχὴν)*
συγκεῖσθαι λειτάτων καὶ σφαιρογεννητάτων πολλῷ τινι διαφερονσῶν τῶν
τοῦ πυρός. Eademque sententia est Heraclidis Pontici et Ascle-
piadis apud Chalcid. in Tim. p. 213 conservata: aut enim
moles quaedam sunt leves et globosae eaedemque admodum
delicatae, ex quibus anima substitit, quod totum spiritus, ut
Asclepiades putat; ap. Cael. Aurel. de morb. acut. 1. 14. —
Cf. Tert. de an. 32 (353. 16).

seu cum corpore incipis etc.. Ita est legendum cum codice A.
Interpolationes Gangnei et Iunii hoc membrum priori et sub-
sequenti exaequare student. Cf. autem praef. §. 6. — Animam
una cum corpore initium vitae humanae facere dicit Plato legg.
6. 18. p. 775. c. sq.. In nuptiis sponsa et sponsus parcissimi vini

esse debent propter τὸ γεννώμενον ὅπως ὁ πι μάλιστα ἐξ ἔμφρόνων ἀεὶ γίγνηται. σχεδὸν γὰρ ἄδηλον ὅποια τὸξος ή φῶς αὐτὸ γεννήσει μετὰ θεοῦ. καὶ πρὸς τούτοις (insuper, i.e. praeter animam formatio corporis est respicienda) δεῖ μὴ τῶν σωμάτων διακεχυμένων ὑπὸ μέθης γίγνεσθαι τὴν παιδονοργίαν, ἀλλ' εὐπαγῆς ἀπλανὲς ἡσυχαῖον τε ἐν μοίᾳ ξυρίστασθαι τὸ φυόμενον. ὁ δὲ διφρωμένος αὐτός τε φέρεται πάντη καὶ φέρει λυττῶν κατά τε σῶμα καὶ ψυχήν. εἰς γὰρ τὰς τῶν γεννωμένων ψυχὰς καὶ σώματα ἀγαγαῖον ἐξομοργήμενον ἐκτυποῦσθαι καὶ τίκτειν πάντη φαντάτερα. Notabile est quod ex adverso T. dicit, de an. 25 (340. 24 sqq.): Hoc (respiciens vss. 15-24: non in utero concipi animam) Stoici cum Aenesidemo et ipse interdum Plato, cum dicit perinde animam extraneam alias et extorrem uteri prima adspiratione nascentis infantis adduci sicut exspiratione novissima educi. Ubi Waszink p. 239 recte adnotat tale quidquam in Platonis operibus inveniri non posse (loc. cit., legg. 6. 18, contraria docens eum fugit; de casu animae in corpus cf. Rohde. Psyche 7-8. II. p. 270.). — De Stoa et Aenesidemo vide Waszink. p. 238 sq.. — Epicurus ap. Lucr. 1. 112 sq.: ignoratur enim quae sit natura animai, Nata sit an contra nascentibus insinuetur. Hoc, i.e. animam nasc. insinuari, fieri posse redarguitur in libro tertio, 670-712, adversus Arist. gen. an. 2. 3. p. 736. b. λείπεται τὸν νοῦν μόρον θύραθεν ἐπεισέραται καὶ θεῖον εἶναι μόρον (Cf. quod Ar. de an. 1. 5. p. 410. b. de doctrina Orpheica dicit: τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ ὅλου εἰσιέραται ἀναπνεόντων), et contra Ennium. ann. 10 sqq.: ova parire solet genus pennis condecoratum. Non animam; et post inde venit divinitus pullis Ipsa anima. — Plut. i Plac. 5.15. 3-5 Empedoclem, Diogenem, Herophilum fetum post ortum demum animatum existimavisse tradunt.

post corpus. Breviloquentia pro: postquam corpus natum est. Cf. Blokhuis. p. 45 sqq.; Hoppe. Synt. p. 141. ap. 11. 6. nihil continendo et sustinendo homini prospectum post hominem potuit inferri.

animal rationale etc.. Cf. c. Chr. 12 (O. 2. 448), v. praef. § 4; an. 17 (325. 20). per hos sensus solus omnium homo animal rationale dinoscitur, intelligentiae et scientiae capax. Cic. legg. 1. 22. animal... plenum rationis et consilii quem vocamus hominem. Sen. ep. 41. 8. animal rationale est homo. Ps. Plat. definit. p. 415. a. ἄνθρωπος ζῷον... δέ μόνον τῶν ὄντων ἐπιστήμης τῆς κατὰ λόγους δεκτικόν ἔστιν. Epict. Diss. 2. 9. 2. τί ἔστιν ἄνθρωπος; ζῷον, φῆσι, λογικὸν θυητόν. ib. 3. 1. 25. Herm. Trism. ap. Stob. Ecl. 1. 49. 3. παλεῖται δὲ ζῷον μὲν διὰ τὴν ζωήν, λογικὸν δὲ διὰ τὸ νοερόν, θυητόν δὲ διὰ τὸ σῶμα. Orig. c. Cels. 4. 74. τῶν ἀπὸ τῆς Στοᾶς φιλοσόφων οὐκ κακῶς πραπόντων τὸν ἄνθρωπον καὶ ἀπαξιπλῶς τὴν λογικὴν φύσιν πάντων τῶν ἀλέγων. Athenag. res. 15. p. 248. δέ καὶ νοῦν καὶ λόγον δεξάμενός ἔστιν ἄνθρωπος. Tatianus or. ad Gr. 15. p. 68. haec verba ut a Stoicis profecta repugnat: ἔστι γάρ ἄνθρωπος οὐχ, ὥσπερ οἱ κορακόφωνοι δογματίζονται, ζῷον λογικὸν νοῦν καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν.... μόνος δέ δέ ἄνθρωπος εἰκὼν καὶ δμοίωσις τοῦ θεοῦ. — *sensus et scientiae capacissimum.* Ex analogia participiorum praes. argentea aetas adiectiva quoque in -ax desinentia cum genetivo struit; cf. Hofm. p. 406; an. 32. (354. 15).

Extremum illud est, ut Tertulliani definitionem de anima addam: an. 22. (335. 21-25). Definimus animam dei flatu natam, immortalem, corporalem (sc. corpus propriae qualitatis et sui generis. an. 9. in..), effigiatam, substantia simplicem, de suo sapientem, varie procedentem, liberam arbitrii, accidentiis obnoxiam, per ingenia mutabilem, rationalem, dominatricem,

divinatricem, ex una redundantem. —cf. Waszink. p. 234, et de tempore quo anima in corpus inducitur, an. 27 (344.29): — simul ambas et concipi et confici, perfici dicimus, sicut et promi, nec ullum intervenire momentum quo locus ordinetur. an. 36 (362.11). anima in utero seminata pariter cum carne. cf. res. 45 (92.3).

De toto hoc loco cf. an. 3 (303. 3-9); ap. 47. 5-8; Arnob. nat. 2. 56 sq..

6. academiis et porticibus Atticis pasta. Varia lectio *parta* editionis B. reicienda est, quod metaphora *pasta* apud T. saepius occurrit; e.g. scorp. 12 (173.26). patientiam pascunt; cf. Hoppe. Synt. p. 181. Praeterea multo aptius convenit ad verbum *ructas* pariter tropice dictum. — Accusativus *partam* sive *pastam* (v. app. crit.) per se iam repudiandus clausulam insuper et homoeoptoton delet, quia *pastam* cum *sapientiam* coniungendo totum trcoli membrum tollit. — *acad. et port. Atticis.* abl. instrum.; Academia et Stoa similiter iuxta posita sunt an. 6 (307.5-9); Hermog. 1 (127.5); praescr. 7 (O. 2.10).

sapientiam ructas. T. hoc uno loco verbo simplici *ructare* metaphorice utitur; cf. Hoppe. Synt. p. 186 et A. 5. De eiusmodi verbis sermonis plebeii apud Eccl. usitatis v. Koffmane. p. 98. Löfstedt. Krit. Bem. p. 46 sqq., 112 sq., Z. Spr. T. p. 78-80, et Hoppe. Beitr. p. 106 sq. fusius de Tertulliani usu verbi simplicis pro composito disseruerunt; cf. quoque Hofm. p. 548 § 141. d; 793. Sed Löfstedtio, cum l.c. (Krit. Bem. p. 113) Ursini lectionem *eructas* propter deteriorem clausulam reiciendam putat, quamquam saepius verae lectionis indicium et notam esse recte animadvertisit, hoc loco non adsentior, quia verba per synaloephen legi possent.

idioticam, T. primus et hoc solo loco utitur; Hoppe. Beitr. p. 142.

Vocabulum *idiotes* crebrius usurpat, mart. 1 (O. 1.4). verum tamen et gladiatores perfectissimos non tantum magistri et praepositi sui, sed etiam idiotae et supervacui quique adhortatur de longinquo. Prax. 3 (230.8). simplices enim quique, ne dixerim imprudentes et idiotae. ib. 9 (239.16); pud. 16 (255.28). Cf. Sen. controv. 7 praef.. idiotismus id est plebeius et ex trivio arreptus loquendi modus. Gell. N.A. 1.22. id dicitur non in compitis tantum neque in plebe vulgari, sed in foro et in comitio apud tribunalia. — In eadem cogitatione versatur ap. 46.9: Deum quilibet opifex et invenit et ostendit et exinde totum quod in Deum quaeritur, re quoque assignat. Cf. Iustin. ap. 2.10.8. *Χριστῷ δὲ . . . οὐ φιλόσοφοι οὐδὲ φιλόλογοι μόνοι ἐπείσθησαν, ἀλλὰ καὶ χειροτέχναι καὶ παντελῶς ἰδιῶται.*

de compito, de trivio. In compitis et triviis histriones circumforanei et institores et athletae spectacula offerebant (cf. Verg. Georg. 2.382 sq.; Hor. ep. 1.1.49), mercatores rem gerebant et negotiabantur (Hor. Sat. 2.3.25 sq.; Cic. leg. agr. 1.7), denique ibi versabatur vulgus indoctum. Cf. Ammian. 14.1.9. per tabernas palabatur et compita; 28.4.29. per fora et compita et plateas et conventicula circulos multos collectos; Hieron. ep. 50.1.2. nescio quem de trivio, de compitis, de plateis circumforanum monarchum rumigerulum; Luc. 14.23 It.. exite in vias et compitos.

de textrino totam. Adiectivum *totam* in vocabulis *illam ipsam* ad augendum et cumulandum valere facile posse consentit v. Hartel (p. 67). sed antithesin enuntiati sequentis *imperitia-peritia* nomen adiectivo *aliquantulae* oppositum putat desiderare, quare veram antithesin perire existimo. *textrino*. Cf.

Büchsenschütz. Die Haupstätten des Gewerbefleisses im klass.
Alt. p. 63; Blümmer. Weberei in Karthago. p. 3.

7. quod sciam. T. hanc locutionem ac similiter *nisi fallor usurpat*, cum de re certa agitur. Cf. Waltzing. ap. 2. 14; 23. 19. Comm. p. 116; insuper ap. 19 fr. Fuld. 10; nat. 1. 7 (69. 16); 8 ex.; ux. 2. 3 (O. 1. 687); pud. 22 (271. 29); Marc. 1. 27 (329. 3).

fieri enim, non nasci solet Christiana. ap. 18. 4. fiunt, non nascuntur Christiani. (= Hieron. ep. 107. 1). Cf. Sen. de ira. 2. 10. 6. quia scit (sapiens) neminem nasci sapientem sed fieri. Mayor-Souter. p. 256.

nunc. Cf. Bindleii interpretationem, praescr. 45. in. 'in view of present circumstances.'

extranea, i.e. non e nostris, non Christiana, ut saepissime apud T. exh. cast. 13 (O. 1. 755). ad hanc meam cohortationem, frater dilectissime, accedunt etiam saecularia exempla, quae saepe nobis etiam in testimonio posita sunt, cum quid bonum et deo placitum ab extraneis quoque agnoscitur et testimonio honoratur.

tibi erubescant, *αἰσχύνεσθαι*, cum dativo personae struitur. Hoppe. Synt. p. 14; infra c. 4 § 3 absolute usurpatum. De variis huius verbi constructionibus vide Krebs-Schmalz. Antibarb.⁷ 1. 514. — Cf. ap. 9. 13. erubescat error vester Christianis.

conscientia detinent. Hac parva permutatione lectio Agobardini servanda est eademque egregriam clausulam offert. Cf. Hoppii adnotationes de clausulis quae apud T. in fine capitum omnium inveniuntur. Synt. p. 154 sqq.. — *conscientia communis complurium scientia.* Thes. L.L. IV. 364. 22. Cf. ap. 39. 1. edam iam nunc ego ipse negotia christiana factionis, quo qui mala refutaverim et iam veritatem revelaverim, bona ostendam. Corpus sumus de conscientia religionis et disciplinae unitate

et spei foedere (Mayor-Souter: We are a corporation with a common knowledge of religion, a common rule of life and an union of hope); iei. 6 (280.3). conscientiam communem consulamus; virg. vel. 5 (O. 1. 890). tacita conscientia naturae; Marc. 1.10 (303.13); Quint. decl. 323. p. 275.9. testor... praestantissimi conscientiam numinis.

Caput 2.

1. **praedicantes**, t. t. Ecclesiasticorum; v. Koffmane. p. 81; Hoppe. Synt. p. 136. in sensu 'praedicere' infra § 3.
- unico unicum**. polyptoton; plura exempla apud Th. St. T. I. p. 71 invenies.
- universa**, i. q. *omnia*. Ellipsis verbi esse apud T. frequentissima est; Hoppe. Synt. p. 144. — Dissertius in ap. 17. 1. Quod colimus, Deus unus est, qui totam molem istam cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo quo iussit, ratione qua disposuit, virtute qua potuit. de nihilo expressit in ornamen-tum maiestatis suae, unde et Graeci nomen mundo *κόσμον* accommodaverunt; ib. 18. 2. Viros enim iustitiae..... in saecu-lum emisit spiritu divino inundatos, quo praedicarent Deum unicum esse qui universa condiderit, qui hominem de humo struxerit; virg. vel. 1 (O. 1. 883). Regula fidei..... creden-di..... in unicum Deum omnipotentem, mundi conditorem. — Fidei defensores semper Dei omnipotentiam enuntiant: spect. 2 (2. 5); ap. 24. 3; praescr. 13 (O. 2. 14); Prax. 2 in.; Athenag. suppl. 23 sq.; Tatian. or. ad Gr. 4; 5 al.; Aristid. 15 (p. 35 ed. Hennecke). *τὸν Θεὸν μόνον παντοχόατον*; Min. Fel. 17. 4; 18. 7; 18 ex. Et qui Iovem principem volunt, falluntur in nomine, sed de una potestate consentiunt. — *si ita scis, sc. esse scis.*
- nam te e.q.s..** T. libertatem animae perfectam et absolutam maxi-

me pressit, qua testimoiiis sua sponte eruptis ubique axiomata disciplinae christianaee praedicare ei licet. Cf. infra § 6 hinc ergo tibi, anima, de conscientia suppetit domi ac foris nullo irridente vel prohibente praedicare.....; c. 6 § 5. omnis anima suo iure proclamat quae nobis nec mutire conceditur; Scap. 2 (O. 1.540). nos unum deum colimus quem omnes naturaliter nostis, ad cuius fulgura et tonitrua contremiscitis, ad cuius beneficia gaudetis — quem ad locum Bindley adnotat: „the same confidence in the natural instincts of the human conscience towards the truth no doubt influenced T. in his assertion of the claim of religious liberty, and in his repudiation of legal coercion in questions of worship.” (p. 128). — Iam in Apologetico T. eandem sententiam dixit (v. praef. § 4.), quae praeter apud eum quoque invenitur in Minucii Felicis Octavio 18.11. Quid quod omnium de isto habeo consensum? audio vulgus: cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam Deum dicunt et ‘Deus magnus est’ et ‘Deus verus est’ et ‘si Deus dederit’. Vulgi iste naturalis sermo an Christiani confitentis oratio?; ap. Cypr. Quod idola dei non sunt. 9 (p. 26.18). nam et vulgus in multis deum naturaliter confitetur, cum mens et anima sui auctoris et principis admoneatur. dici frequenter audimus ‘o deus’ et ‘deus videt’ et ‘deo commendo’ et ‘deus mihi reddet’ et ‘quod deus vult’ et ‘si deus dederit’; Arnob. nat. 2.3. deo..... quem esse omnes naturaliter scimus, sive cum exclamamus ‘o deus’..... — Quod deus dederit &c. cf. Plat. Alc. 1. p. 135 d. ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ. Alex. Tox. 2; θεοῦ θέλοντος, Men. Monost. 67; σὺν θεῷ usitatissima est locutio, e.g. Il. 9.49; Soph. Ai. 765; 779; Plat. Protag. p. 317.b.; Plat Phaedr. p. 246. d. δπῃ τῷ θεῷ φίλον. Cf. Thes. L. Gr. IV. 309. C.

omnem illi confiteris potestatem. De ellipsi verbi esse vide Hoppe. p. 144; v. Hartel. Patr. Stud. I. p. 9; II. p. 33; 46; Th. St. T. I. p. 37. A. 1.; II. p. 62; IV. p. 48; Löfstedt. Arnob. p. 33 et uberius Krit. Bem. p. 83. A. 1; Z. Spr. T. p. 57 sqq.; Hofm. p. 625 sq.; cf. spect. 15 (17. 4). quorum se simul nolens utique detestatorem confitetur. De homoeoteleuto *confiteris potestatem-spectas voluntatem* vide Hoppe. Synt. p. 164; Th. St. T. IV. p. 59. — Imperium summae dominationis esse penes unum' (ap. 24. 3) Plato quoque enuntiat in Phaedro suo. p. 246. e. δ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεύς. Ep. 2. p. 312. e; Apul. ap. 64; cf. Lucian. Icaromen. 9. p. 760. οἱ μὲν τοὺς ἄλλους ἀπαρταὶ θεοὺς ἀπελάσαντες ἐν μόνῳ τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν ἀπένεμον. Sen. quaest. nat. 2. 45; Sen. ap. Lact. div. inst. 1. 5. 26 sq..

simul et. Th. St. T. III. p. 19: 'Saepius..... particula „simul(et)' membrum alterum vel postremum adiungitur.' (ib. p. 15).

dum suis vocabulis nuncupas. Particula *dum* aetate posteriore saepius vim causalem habet; Hoppe. Synt. p. 79; Beitr. p. 32 sq.; Hofm. p. 744. Cf. e.c. idol. 5. (35. 8); infra c. 3 § 3. — *suis.* Pronomen *suum* in sermone forensi idem valet quod *proprius*; cf. Hoppe. Synt. p. 103; Löfstedt. Krit. Bem. p. 95 sq.; Hofm. p. 470 sq.; c. 1 § 1. suo proprio, et infra c. 5 § 6. loco suo. — Cf. Lact. div. inst. 1. 6. 5 et Min. Fel. 18. 10 (v. adnot. sequentem).

tantum deum nominas. Ap. 17. 5. 'deum' nominat hoc solo quasi proprio nomine; Marc. 1. 10 (303. 9). seorsum tamen illum quasi proprio nomine 'deum' perhibent et 'deum deorum' et 'si deus dederit' et 'quod deo placet' et 'deo commendo'..... animae enim a primordio conscientia dei dos est; nat. 2. 4 (100. 5); Min. Fel. 18. 10. nec nomen deo quaeras: deus

nomen est. illic vocabulis opus est, cum per singulos propriis appellationum insignibus multitudo dirimenda est; deo qui solus est, dei vocabulum totum est; Lact. div. inst. 1. 6. 5. deo igitur nomen non est, quia solus est nec opus est proprio vocabulo, nisi cum discrimen exigit multitudo, ut unam quamque personam sua nota et appellatione designes. deo autem, quia semper unus est, proprium nomen est deus; ib. c. 6 ex. et c. 7, ubi libros Sibyllinos et oracula Apollinis citat; ib. 2. 1. 7. nam cum iurant et cum optant et cum gratias agunt, non Iovem aut deos multos sed 'deum' nominant: adeo ipsa veritas cogente natura etiam ab invitis pectoribus erumpit; Cyprian. Quod idola. 9. (26. 15). audio vulgus: cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam 'deum' dicunt et 'deus magnus est' et 'deus verus est' et 'si deus dederit'.

et cum illos, i. e. ethnicorum deos. — Haec collocatio vocabuli et, qua a verbo, ad quod pertinet, brevi vocabulo et sono carente separatur, et particulam cum accentu effert. Cf. Löfstedt. Z. Spr. T. p. 41 sqq. ubi plura exempla invenies; et Th. St. T. I. p. 63; II. p. 86, et infra c. 3 § 1. quasi non et probemus.

de alieno et quasi pro mutuo usa. *de pro ex vide c. 1 § 1; Tm.* adiectiva neutrius generis etiam e praepositionibus pendentia vice substantivorum usurpare iam supra adnotavi (c. 1 § 4); cf. Hoppe. Synt. p. 98. ux. 1. 4 (O. 1. 675). cultum de alieno extorquere. Sen. ep. 16. 7. adhuc de alieno (i. e. non de Stoicis sed de Epicuri dictis) liberalis sum. — Iunctura utor de obiecto omissio libro adv. Hermog. quoque invenitur, 8 (135. 2): nemo enim non eget eo, de cuius utitur; nemo non subicitur ei, de cuius eget, ut possit uti; sic et nemo de alieno utendo non minor est eo, de cuius utitur, et nemo, qui praestat

de suo uti, non in hoc superior est eo, cui praestat uti. — *quasi pro*, abundanter et quodam modo per pleonasmum dicit. *uti pro*. cf. Tac. ann. 12.14. flumine Corma pro munimento uti.

2. **de natura... latet.** latet c. acc. hellenismus est, i. q. *λαρθάρειν τινά*. Hoppe. Diss. p. 10; Synt. p. 14. Hic usus verbi impersonalis a Krebs-Schmalz. Antibarb.⁶ s.v. ut ‘unklassisch und durchaus verwerflich’ improbatur; vide ap. Tert. idol. 15 (48.6); praescr. 22 (O. 2. 20). Inter exempla usus praepositionis *de* ad accusativum obiecti circumscribendum Löfstedt. Krit. Bem. p. 73 hunc quoque locum citat, quamquam *de* praepositio hic pro subiecto substituitur. Cf. *constat de*. Löfstedt. l.c. p. 39; 112. — *quoque-nec*. De pleonasmo verbose Th. St. T. II. p. 80 sqq..

deus bonus, deus benefacit. Plat. Phaedr. p. 246. e. *τὸ δὲ θεῖον καλὸν, σοφὸν, ἀγαθὸν, καὶ πᾶν δὲ τοιοῦτον*. Tim. p. 29. e. *ἀγαθὸς ήν* (sc. *ὁ θεός*), *ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος* (multum ab eo differt Herodoti sententia. 1. 32; cf. Trendelenburg. Kl. Schr. 2. p. 253 sq.). Sext. Emp. adv. eth. 70. *παρὸ δὲ καὶ δὲ Πλάτων οντιστὰς δην φύσει ἀγαθόν* *ἔστιν δὲ θεός, ἀπὸ τῶν δμοίων ἐπικεχειρηκεν . . . τάγαθὸν δέ γε δὲ θεός. ἴδιον ἄρα ἔστιν θεοῦ τὸ δημοποιεῖν*. Plac. Phil. 1. 7. 14. *Πνηθαγόρας* (φησί) *τῶν ἀρχῶν τὴν μὲν μονάδα θεὸν καὶ τάγαθὸν ήτις ἔστιν ή τοῦ ἑνὸς φύσις, αὐτὸς δὲ τοῦς*. ib. 15. *Σωκράτης καὶ Πλάτων, τὸ ἔν, τὸ μονοφυὲς καὶ αὐτοφυὲς, τὸ μοναδικὸν, τὸ δηνιώς ἀγαθόν*. Plut. de Is. 53; 54; def. or. 24; de fato. 9. Et Plat. resp. 2. p. 379. a, ubi Adimantus Socrati roganti *οὐκοῦν ἀγαθὸς δὲ θεός*; affirmationem reddit; ib. p. 379. c. *δὲ θεός, ἐπειδὴ ἀγαθός* (sc. *ἔστι*). Seneca quoque saepius de Dei bonitate et beneficiis disserit, e.g. quaest. nat. 5. 18. 13. Mu-

sonius deum *μεγαλόφρων, εὐεργετικός* dicit (Stob. Floril. 117.8). Plut. n.p. suav. vivi. 22.2 sq.; Athenag. Suppl. 26 (p. 35.7 ed. Schwartz). *διθέος τελείως ἀγαθὸς ὅντις ἀδίως ἀγαθοποιός ἔστιν.* Philon. q. deus imm. s. 23. p. 289; Aug. conf. 2.6.12. bone deus; Hieron. ep. 39.2. bonus est deus, et omnia quae bonus facit, bona sint necesse est; Vulg. psalm. 105.1. con-
fitemini domino quoniam bonus; Corp. XII. 5686. Hector Deo Bono. Tert. scorp. 5 (153.22). deum..... sufficit dici, ut
necessere sit bonum credi.

plane, in hoc sensu apud T. usitatissima est; cf. Hoppe. Synt. p. 112; Löfstedt. Krit. Bem. p. 87.; Waltzing. Comm. p. 18; 28; 144.

sed homo malus. De hominum malitia antiquitatis litteratura in-
primis philosophorum identidem queritur. Alex. Aphrodisiatis.
de fato. 28. *τῶν δὲ ἀνθρώπων οἱ πλεῖστοι κακοί . . . οἱ δὲ πάντες κακοί.* Sen. benef. 5.17. 3. maligni omnes..... inpii omnes (sc. sunt). cf. ib. 7.27; clem. 1.6.3. peccavimus omnes, alii
gravia, alii leviora, alii ex destinato, alii forte impulsi aut
aliena nequitia ablati..... nec delinquimus tantum, sed usque
ad extremum aevi delinquemus (sed dii clementes et pecca-
toribus indulgentes sunt: c. 7.1-2); de ira 2.28.1; 3.26.4.
omnes mali sumus..... mali inter malos vivimus; cf. ep. 94.54;
Petron. Sat. 75. nemo nostrum non peccat. homines sumus,
non dei; cf. Friedländer. Cena Trimalchionis. p. 349 ad loc..
contraria propositione. De hac figura oratoria cf. Cornif. rhet.
4.27; Cic. de inv. 1.42; Iul. Rufin. de schem. lex. 11.

oblique et figuraliter. Vocabulo *obliquus* Tacitus primus in hoc
sensu utitur; ann. 3.35. castigatis oblique patribus (sc. per
litteras); ib. 5.2. parte eiusdem epistulae increpuit amicitiis
muliebres, Fufium consulem oblique perstringens; ib. 14.11;

Suet. Dom. 2; Amm. 15.5.4; Tert. monog. 3 (O. 1.765). iam non oblique a nuptiis avocans (sc. sicut apostolus), sed exerte. — *figuraliter*. T. primus utitur; Hoppe. Beitr. p. 145; Mohrmann ad Aug. Serm. 51.9.14. (Die altchristliche Sondersprache in den Sermones des hl. Augustin. Nijmegen. 1932. p. 181). — *figuraliter*, sc. contraria propositione. — Cf. res. 20 (52.18). nam et virgo concepit in utero non figurata, et peperit Emmanuhelem, nobiscum deum, [Iesum] non oblique; et si oblique ‘accepturum virtutem Damasci et spolia Samariae’, sed manifeste ‘venturum in iudicium cum presbyteris et principibus populi’. ux. 1.2 (O. 1.671). sed licet figuraliter in synagoge intercesserit, ut tamen simpliciter interpretetur, necessarium fuit e.q.s..

ideo malum hominem etc. Iam apud Homerum Iuppiter queritur hominum miseriae causam in ipsos esse vertendam et ex suis vitiis manare, quod ei oboedire nolint. (Od. 1.32 sqq.).

a deo bono abscesserit. Sermone tritum est verbum *excidere*: ap. 49.6; spect. 8 (10.17); 26 (26.3); virg. vel. 7 (O. 1.893); Waltzing Comm. p. 204. Praeter hunc locum Thes. L.L. I. 146.58 duos ex libris divinis depromptos citat: iei. 6. (280.21 — deut. 32.15 It.); ib. 2 (276.6 — 1. Tim. 4.1); cf. Thes. L.L. V. 899. 22 s.v. *deus*.

penes deum. vide supra c. 1 § 2 penes nos. — *bonitatis et benignitatis*, i.q. deum bonum et benignum; cf. c. 1 § 2. curiositatis labor et memoriae tenor. Observes velim homoeoteleuton cum adlitteratione (Hoppe. Synt. p. 164; 167). De iunctura ‘bonus et benignus’ exempla sunt collecta apud Hoppe. l.c. p. 149. — *benedictio*. t.t. sermonis Eccl.-orum. Koffmane. p. 72; cf. infra *benedicere*.

disciplinae et conversationis sacramentum. Haec vocabula quoque

apud Ecclesiasticos sensum mutaverunt ita, ut propria sermonis christiani fierent; de *disciplina* vide Koffmane. p. 59; 148; Teeuwen. p. 107; Bindley. p. 36; *conversatio*, Gr. ἀναστορεφή, Koffmane. p. 74; Rönsch. It. et Vulg. p. 310; Bindley. p. 91. Cf. virg. vel. 1 (O. 1.884). cetera iam disciplinae et conversationis admittunt novitatem correctionis; vide et Oehler ad idol. 20 (1. 102. A. a), *sacramentum*. Koffmane. p. 82 sq.; Rönsch. It. et Vulg. p. 323; Bindley. p. 57; Teeuwen. p. 106. A. 1.

benedicat te deus. Romani hunc verbi *benedicere* sensum ignorabant, sed solebant dicere ‘*quod tibi deus bene vortat*’ et eiusmodi locutiones; est autem apud Eccl.-os usitatissimum. Koffmane. p. 72. Deinde hoc verbum ab iis plerumque cum accusativo struitur, ut Gr. εὖ λέγειν τινά Koffmane. p. 117; Rönsch. It. et Vulg. p. 440; Hoppe. Diss. p. 10; Synt. p. 13. J. Schrijnen (Charakteristik des altchristl. Latein. Nijmegen. 1932. p. 41) hunc usum verba *benedicere* et *maledicere* cum accusativo struendi in sermone vulgari inferioris latinitatis ex auctoritate Christianorum magis magisque divulgatum esse commemorat. Cf. Petron. Sat. 58; 96; Apul. Asclep. 40; 41. solus deus est benedicendus.

at cum... dictionem dei. Particula *at* antithesin indicat inter usum nominis dei benedictionis causa et ad detestandum; itaque non in *et* est permutanda, ut vult Kroymann. Quaestiones Tertullianae criticae. Oiniponte. 1894. p. 60. — Lectionem cod. A. *dictionem dei* servavi, nam et verba *benedictionem dei* idem valere quod *benedictionem apud s. penes deum* ratio vetat, et ad litteratio A defendit.

perinde dicto. *dicto* ablative est, i.q. *haec verba dicendo*; errat igitur Kroymann qui l.c. dativum esse putat et deum indicare;

quam ob causam et *ius pro eius* legere voluit, sed nulla correctione opus est. — *omnem s. n. potestatem*, cf. c. 1 § 3. hum. de incr. duritia. — *secundum c. acc. pers.* in hoc sensu apud Suetonium primum invenitur; Dom. 15; Apul. de deo Socr. 20.

3. sunt qui etc.. De incerta Aristotelis opinione quantum ad doctrinam providentiae spectat, cf. Zeller-Nestle. Grundriss d. Gesch. d. gr. Philos.¹² p. 108 et in primis A. 3. Etsi Carneades philosophiae ratione deos esse negat (Sext. math. 9. 139; 180; Cic. nat. deor. 3. 13. 32-14. 34), usu tamen verba eius longe alia sunt: Sext. Pyrrh. 3. 2. σέβομεν τοὺς θεοὺς καὶ προσεῖν αὐτούς φαμεν. Cf. Cic. I.c. 44.

Sed his verbis T. praecipue Epicurum designat (cf. c. 1 § 5), de cuius κνοῖα δόξα cfr. Diog. 10. 139. τὸ μακάριον καὶ ἄφθατον οὐτε αὐτὸ πράγματα ἔχει οὐτε ἀλλω παρέχει, ὅστε οὐτε δογματικά οὐτε χάρισι συνέχεται. ἐν ἀσθετῇ γὰρ πᾶν τὸ τοιοῦτον. (= Cic. nat. deor. 1. 17. 45); cf. ib. 10. 51 sqq.; 77; 97; Cic. I.c. 19. 51 sqq.; legg. 1. 7. 21; Men. Epitrep. 544 (K.); Ennius. trag. 353 sq. ego deum genus esse semper dixi et dicam caelitum, Sed eos non curare opinor, quid agat humatum genus. Lucr. 2. 646-651. Omnis enim per se divom natura necessest Immortali aevo summa cum pace fruatur Semota ab nostris rebus seiunctaque longe; Nam privata dolore omni, privata periclis, Ipsa suis pollens opibus, nil indiga nostri, Nec bene promeritis capitur neque tangitur ira. Cf. ib. 1090 sqq.; 5. 148. sqq.; 5. 1186 sq.; 5. 82-90 (= 6. 58-66) et imitationem apud Horatium. Sat. 1. 5. 101; Plut. def. or. 19; non p. suav. vivi. 21. 2; ib. 9. (*δὲ Ἐπικούρειος*) ἀπεισι λέγων τὸ Μενάνδρειον "Ἐθνον οὐ προσέχοντας οὐδέν μοι θεοῖς.

Maximi momenti et memoria dignum est Senecam eodem modo Epicuri axioma impugnasse argumento sensus commu-

nis. benef. 4. 4. Scio quid hoc loco respondeatur: 'Itaque non dat deus beneficia, sed securus et neglegens nostri, aversus a mundo aliud agit aut, quae maxima Epicuro felicitas videtur, nihil agit, nec magis illum beneficia quam iniuriae tangunt.' Hoc qui dicit, non exaudit precantium voces et undique sublatis in caelum manibus vota facientium privata ac publica; quod profecto non fieret, nec in hunc furem omnes profecto mortales consensissent adloquendi surda numina et inefficaces deos, nisi noscemos illorum beneficia nunc oblata ultro, nunc orantibus data, magna, tempestiva, ingentes minas interventu suo solventia. Quis est autem tam miser, tam neglectus, quis tam duro fato et in poenam genitus, ut non tantam deorum munificentiam senserit? Ipsos illos conplorantes sortem suam et querulos circumspice: invenies non ex toto beneficiorum caelestium expertes, neminem esse, ad quem non aliquid ex illo benignissimo fonte manaverit. Parum est autem id quod nascentibus ex aequo distribuitur? ut quae secuntur inaequali dispensata mensura transeamus, parum dedit natura, cum se dedit? — Tert. ap. 47. 6; spect. 30 (29.1); an. 46 (375. 7); Min. Fel. 19. 8; Arnob. nat. 2. 56; 3. 28; Lact. de ira. 13; div. inst. 3. 17. 4; 1. 2, ubi primam quaestionem apud philosophos de providentia esse dicit: 'sitne providentia quae omnibus rebus consulat an fortuitu vel facta sint omnia vel regantur. Cuius sententiae auctor est Democritus, confirmator Epicurus. Sed et antea Protagoras qui deos in dubium vocavit; et postea Diagoras qui exclusit; et alii nonnulli qui non putaverunt deos esse. Quid aliud effecerunt nisi ut nulla esse providentia putaretur?.... Nec difficile sane fuit paucorum hominum prave sententium redarguere mendacia *testimonio populorum atque gentium in hac una re non dissidentium.*

etsi deum non negent-iudicem non putent. homoeoteleuton. cf. Hoppe. Synt. p. 162 — *non negent*, sc. esse; litotes. — cf. Arnob. 2. 56. alii vero existere neque humana curare.

dispectorem. a verbo forensi *dispicere* derivatum quod idem valet quod *examinare*. ap. 45.1 Vulg.; an. 15 (320.17), ubi A pariter *despectorem* habet (cf. Itala. sap. 1.6); ux. 2.8 (O. 1.694) .Cf. Rönsch. It. et Vulg. p. 60; Thes. L.L. V. 1394.40 — *plane* vide § 2. — *d. et arbitrum et iudicem.* nat. 2.2 (96.6). (deum) curantem rerum et arbitrum et iudicem.

utique, apud T. usitatissimum est; de variis sensibus huius adverbii cf. Blokhuis. p. 166 sqq. et infra § 4; c. 4 § 3; § 9; c. 5 § 6.

istam, *hanc, nostram*; v. Blokhuis. p. 71; Hoppe. Synt. p. 104.

praedicati. vide § 1. cf. ap. 21.18; 47.12.

transvolamus. De metaphora cf. Hoppe. Synt. p. 192; pall. 2. (O. 1.924) et transitive usurpatum nat. 2.15 (128.1). — Eadem sententia inveniri potest Marc. 5.19 (645.11). Sed Marcion principalem suae fidei terminum de Epicuri schola agnoscat, deum inferens [nec] hebetem, ne timeri eum dicat.... (1.15) cuius ingenii tam longe abest veritas nostra, ut et iram dei excitare formidet et omnia ex nihilo protulisse confidat et carnem eandem restitutum repromittat (cf. infra c. 4 § 1)... ridentibus philosophis et haereticis et ethnicis ipsis. Theophil. ad Autol. 2.4.

dum... absolvunt. Coniunctionem *dum* interdum vim causalem habere iam supra § 1 adnotavi. — *curis observationis et molestiis animadversionis*, homoeoteleuton.

cui... adscribunt. Cum Aristides dicit p. 5 ed. Hennecke: ($\vartheta\epsilon\delta\varsigma$) $\omega\nu$ $\mu\epsilon\tau\acute{\epsilon}\chi\eta\varsigma \tau\epsilon \kappa\alpha\iota \vartheta\nu\mu\omega\tilde{\nu}$, et similiter Athenagoras. Suppl.

21: οὐτε γὰρ δογμὴ οὐτε ἐπιθυμία . . . ἐν τῷ θεῷ, ad iram humanam et animosam spectat, non ad iram sacram dei, de qua T. hoc loco disserit. Ita dicit, Scap. 2 (O. 1. 540), „contentiosus autem deus non est’, sed veram iram, quae imminet et cuius signa adsunt, Christiani praedicamus (ib. p. 543); cf. de dei ira Marc. 1. 26 (326. sqq.); 2. 11. in.; 2. 29 (376. 26). — *adscribunt*, i.q. *attribuunt*, ut saepius apud T.; vide exempla in Thes. L.L. II. 774. 60 sqq.; infra c. 4 § 3.

corruptibilis. Gr. φθαρτός. Rönsch. It. et Vulg. p. 110; vocabulum apud Aug. usitatissimum; v. Mohrmann. I.c. p. 175.

passionalis. apud T. primum; cf. Hoppe. Beitr. p. 144; Rönsch. It et Vulg. p. 120; infra c. 4 § 1. — a verbo *pati* = πάσχειν, *affici* derivatum est. Blokhuis. p. 150. cf. *passio* c. 1 § 3.

porro, vim habet adversativam. Hoppe. Synt. p. 113; Blokhuis. p. 113.

interitum capere. Iam apud Ciceronem verbum *capere* significat i.q. *pati*, *subire* (de effectu capiendi); Thes. L.L. III. 329. 3 sqq.; et in hoc sensu propinquum est formae impers. *capit* = ἔνδέχεται. Cf. Hermog. 7 (133. 20; 25; 134. 1); Marc. 4. 16 (469. 8); 5. 14 (623. 9); res. 17 in.. capiat passionem; an. 21 (335. 6). capiat demutationem. — Eodem modo contradicitur, ne Christus humanam speciem induerit, quia mutatio interitum indicat; c. Chr.. 3 (O. 2. 429). Cf. argumentationem Servii ad. Aen. 6. 724: omne quod corruptitur, aeternum non est. si animus insanit, irascitur, desiderat, timet, caret aeternitate cui sunt ista contraria; nam passio aeternitatem resolvit. Panaetium ap. Cic. Tusc. 1.32. 79; Tert. nat. 2. 6 (105.10). age iam, conceditisne divinitatem non modo non serviliter currere, sed imprimis integre stare neque minui neque intercipi neque corrumpi debere? ceterum abiit omnis felicitas eius, si

quid patitur umquam. — et alias „incorruptibilitatem” naturae dei esse existimat (an. 21. p. 335. 8).

4. At idem...confitentes. Hanc Epicuri doctrinam esse intellegitur e loco 1 § 5 citato (ad „de caelo concepta”). — **conlatam confitentes,** cadunt: animadvertas ad litterationem.

cadunt in. cf. idol. 20 (54. 14); Marc. 4. 8 (439. 21; 22); paen. 3 (O. 1. 648). Thes. L.L. III. 29. 53.

retorquendum metaphora e re militari deprompta est et apud ICtos non inusitata. Hoppe. Diss. p. 83; ita nat. 1. 10 (74.13) de calumniae telis: nunc vero eadem ipsa de nostro corpore in vos retorquebo, eadem vulnera criminum in vobis defossa monstrabo; ap. 4. 1; virg. vel. 4 (O. 1. 888). sed et nos eandem argumentationem retorquemus; Hermog. 3 (130. 2). ex penu etiam ipsius retorquebo adversus illum. — T. *adversus* saepe pro *contra* usurpat; Blokhuis. p. 41; cf. Hermog. l.c.

si enim... datorem suum novit. ad litteratio quincuplex. — *datorem suum novit*, sententia a Tertulliano identidem reiterata. ap. 17. 6. novit (anima) enim sedem dei vivi: ab illo et inde descendit; Marc. 1. 10 (303. 13). animae enim a primordio conscientia dei dos est. — *et si novit.* Lectio cod. A *nō novit* per dittographiam orta esse mihi videtur.

utique... adauctorem. Editores hunc locum emendare voluerunt, cui nulla correctione opus sit. Primum enim Tertullianum interdum in eodem enuntiato bis *et* particulam usurpare, ubi semel certe molesta est, non intellegunt; cf. locos a Thörnell collectos, Stud. T. II. p. 80 sq.: Marc. 4. 16 (469. 20); ib. (470. 7); 5. 15 (629. 13); or. 22 (194. 8); Hermog. 5 (131. 16) sec. codd. FN. Deinde Hartelii argumentum (Patr. Stud. III. p. 67), dass das Substantiv *adauctor* weder bei Tertullian noch sonst

nachweisbar ist' qua ex causa commutationes adhibere prae manu sit, levissimum est, cum ad magnam vim verborum spectas, quae semel tantum et ab hoc uno auctore usurpantur (in nostro libello praeter hoc vocabulum iam quattuor, e quibus utique duo non orationis causa sunt formata). Accedit, quod a verbo *adaugere* derivatum et intensivum *adauctare* reperitur et quidem ἀλ.; Acc. Aen. 14 ap. Non. p. 75 (= II. 52). Thes. L.L. I. 571. 43.

adauctorem, i.q. qui *adaugit*, incrementum affert; neerlandice: die wasdom geeft.

5. **An non timet... iratum?** De *an* particula in interrogatione simplici vide Hofm. p. 651. — Agob. cod. *tim&*. & offert, quod ex dittographia scribae ortum esse non potest, nisi vi praecedentis ,*utique et timet et tantum p.a.*' factum sit. Fortasse *timeat* sive *timebit* in archetypo legebatur; cf. infra *quomodo timebitur*. — *magis pro potius*; Hoppe. Beitr. p. 84. cf. ap. 40.11. ceterum si requisisset (gens humana Deum), sequebatur, ut cognosceret requisitum et recognitum obser varet et observatum propitium magis experiretur quam iratum; Marc. 4.19 (464.23); plura exempla ex apol. in venies apud Waltzing ad c. 9. 16.

novit irasci. Verbum *novi* cum infinitivo struitur apud priscos et in poematis, postea et in oratione saepius occurrit. Hoppe, Synt. p. 46. Apul. met. 2.5; 7. — De ,naturali timore in deum' cf. Scap. passim.

quomodo timebitur. In codice A legitur *Quomodo time|.....|qui* et eodem loco linea proximae: *Unde igitur na|turalis timor*, ut quae lectio recipi solet, *timetur*, spatio libero non sufficiat. Itaque si mecum *timebitur* supplebis, omnia iam recta erunt. Et de futuro post *quomodo* structo cf. nat. 2.4 (101.4);

Hoppe. Synt. p. 64. — Cic. nat. deor. 1. 20. 54. Quis enim non timeat omnia providentem et cogitantem et animadvententem et omnia ad se pertinere putantem, curiosum et plenum negotii deum?

nescit offendи. Cf Marc. 4. 15 (463. 28). (deus est) nec in totum Epicuri deus. ecce enim demutat in maledictionem et ostendit se eum esse qui novit offendи et irasci... (464. 5). et admonitio autem et comminatio eius erunt qui norit iraci. nemo enim admonebit et nemo comminabitur, ne quid <quis> faciat, nisi qui factum vindicabit; nemo vindicarit, nisi qui norit irasci.

Unde ira, nisi ex animadversione? Fieri non potest, ut hoc loco sicut in sententiis sequentibus forma *est* omissa sit. Ira enim non ex animadversione oritur, sed animadversio ex ira: Marc. 1. 27 (327. 8), aut si offenditur, debet irasci; si irascitur, debet ulcisi. nam et *ultio fructus est irae* et ira debitum offensae et offensa, ut dixi, comes frustratae voluntatis. — Supplendum igitur est verbum enuntiati praecedentis: *unde ira timetur...*? De hoc sensu vocabuli *unde* cf. Hoppe. Synt. p. 112; et de anaphora ib. p. 147; c. Chr. 6 (O. 2. 436); cf. an. 17 (324. 3 sqq.). Timorem dei homines a peccatis detergere Plutarchus quoque docet; non p. suav. vivi 21. 3.

de indicio... de potestate. *de pro ex.* vide c. 1 § 1.

6. **hinc ergo.** Vocabulum *hinc* vim conclusivam habere iam Hoppe docuit; Synt. p. 111; Beitr. p. 84. — De iunctura *hinc ergo* sicut *ergo igitur, itaque ergo* in sermone antiquo et aetate inferiore cf. Hofm. p. 683. — *de conscientia*, vide c 1. § 1; § 7 ex.. — *domi.... perhibente*, cf. supra § 1.

deus videt omnia. testimonium animae de providentia et arbitrio dei! Deum homines curare Herodotus primus docet: 3. 18.

τοῦ θείου πρόνοια, ὥσπερ καὶ οἰκός ἔστι, ἐνῶσα σοφή. Cf. Socr. ap. Xen. Mem. 1. 4. 17; ib. 18. *γνώσῃ τὸ θεῖον, ὅτι τοσοῦτον καὶ τοιοῦτον ἔστι ἄσθ' ἀμα πάντα δρᾶν καὶ πάντα ἀκούειν καὶ πανταχοῦ παρεῖναι καὶ ἀμα πάντα ἐπιμελεῖσθαι.* (Cf. Pind. Pyth. 9. 44-49 de scientia omnia complectente Apollinis.) Ovid. ars. 1. 63 sq. nec secura quies illos (sc. deos) similisque sopori Detinet. innocue vivite, numen adest. Cic. Tusc. 4. 34. 72. si quidem sit quisquam deus Cui ego sim curae; ad Att. 6. 3. 3. sed haec deus aliquis gubernabit; ib. 4. 10. 1. sed de illa ambulatione fors viderit aut si qui est qui curet, deus. — Plaut. Capt. 313. est profecto deus qui quae nos gerimus, auditque et videt. Tert. ap. 17. 6. iudicem quoque contestatur (*anima*) illum (sc. deum): 'Deus videt' et 'Deo commendo' et 'Deus mihi reddet'. o testimonium animae naturaliter christiana. an. 41 (368. 30). sic et divinitas *anima* in praesagia erumpit ex bono priore et conscientiae dei in testimonium prodit 'deus bonus' et 'deus videt' et 'deo commendo'. res. 3 (29.3). utar et reliquis communibus sensibus qui deum iudicem praedicant 'deus videt' et 'deo commendo'. Aristides. p. 13.2 ed. Hennecke. (*θεὸς*) αὐτὸς δὲ πάντα δρᾷ. ib. p. 33. 7; cf. indicem p. 53. Cypr. de idol. van. 15; Plut. Plac. 1. 7. 2. δεῖ... πεῖσαι τὸν ἀνθρώποντος 'Ως ἔστι δαίμων ἀρθίτω θάλλων βίω 'Ος ταῦτ' (sc. τὰ τῶν ἀνθρώπων ἔργα) ἀκούει καὶ βλέπει, φρονεῖ τὸ ἄγαν.
unde tibi hoc non Christianae? sc. est; cf. infra c. 4. § 9. T. hanc locutionem in accusativo quoque struit: an 25. 6; cf. Waszink. p. 241 ad loc.. — *non Christianae.* De figura ὑφ' ἐν vide c. 1. § 3; cf. res. 3 (29.21).

7. **atque adeo et.** Recte Rigaltius pro in cod. A. tradito *dō* vocabulum *adeo* restituit, sed *et* particula quoque est servanda. De iunctura *atque adeo* ad exempla inducenda vide Hoppe.

Beitr. p. 114; Thes. L.L. I. 613. 22 sqq.; cf. ap. 24. 7. *atque adeo et Aegyptiis permissa est tam vanae superstitionis potestas avibus et bestiis consecandris.*

et vitta Cereris redimita e.q.s. pallio. 4 (O. 1.943 sq.).... cur.. non spectas illos item habitus.... cum ob cultum omnia candidatum et ob notam vittae et privilegium galeri Cereri initiantur, cum ob diversam affectionem tenebricae vestis et tetrici super caput velleris in Bellonae mentes fugantur, cum latioris purpuree ambitio et Galatici ruboris superiectio Saturnum commendat? Cum ipsum hoc pallium morosius ordinatum et crepidae Graecatim Aesculapio adulantur, quanto tunc magis arguas illud.... — De vitta Cereris cf. quod Oehler adnotavit p. 404. A. g.; et de pallio Saturni ib. A. h; p. 943. A. s; Roscher. Lexicon d. Mythologie. IV. p. 431. 47 sqq., qui hunc usum apud T. solum traditum esse adnotat et ad cultum Saturni Carthaginensem pertinere conicit. — *redimitus*. cf. Verg. Aen. 3.81. vittis et sacra redimitus tempora lauro.

deae Isidis linteata. Pro vocabulo *deae*, supervacue et mire apposito commentatores ‘*stola*’ ‘*veste*’ ‘*lino*’ substituere voluerunt Sed *pallio* intellegi mihi videtur ex praecedente *pallio Saturni*. Itaque perspicitur, cur T. vocabulum *deae* addiderit, scilicet sententiae trimembris causa: vitta Cereris redimita - pallio Saturni coccinata — *deae Isidus linteata*. De palla Isidis cf. Apul. met. 11.3 et P. Médan. Apulée. Métam. XI. Paris. 1925 ad. loc. Roscher Lex. d. Myth. II. 1. p. 492. 52 sqq.. Plut. Is. et Os. 56.; Oehl. p. 404. A. i.; cor. 8 (O. 1.436). cum linteo circumstringitur, propria Osiridus veste (v Oehl. ad loc.). De religione Isidis cf. Plut. de Is. et Os.; Cumont. Les religions orientales dans le paganisme romain. *denique*, vide Blokhuis. p. 111.

sub Aesculapio stas e.q.s. De *sub* praepositione cf. Rönsch. It. et Vulg. p. 397; Blokh. p. 68. De Aesculapio et Iunone eorumque cultu in Carthagine adnotavit Waltzing. p. 112; 171. — *stas* legendum esse puto, quod et formae *exornas* (*exoras*, AB) et *calcias* sequuntur. — *Iunonem in aere exornas*, i.e. signum aenum Iunonis exornas. cf. Lact. div. inst. 2. 4. 8. frustra igitur homines auro ebore gemmis deos excolunt et exornant. Tert. cor. 7 (O. 1. 432). signum eius (sc. Iunonis) palmite redimitum. — Cum Bmg emendationes *coccinata* et *linteata* praebeat, hoc quoque loco lectio *exornas* in margine Gangnei editionis adnotata longe praeferenda est, quod gradatio quaedam efficitur.

Minervam calcias furvis galeam formis. Oehlerum secutus sum, qui coniecturam Pamelii recepit. (*furvis* pro vocabulo incomprehensibili *furnis*; Oehleri propositum *torvis* nimis recedit.) Vocabula '*furvis galeam formis*' donum ex voto dedicatum indicare existimo. Verbum *calciare* per metaphoram idem valere potest quod *induere*, *munire* et saepius cum duplice accusativo struitur. Marc. 3.14 (399.18). habes communem magistrum Paulum.... calciantem nos præparationem evangelii pacis, non belli. ib. 1.8 (300.3). pueri.... calceati mox vanam gloriam. Ezech. 16. 10 (Septuag.). ὑπέδνσα σε ὑάκυθον (proprie:) Act. Apost. 12.8. calcia te caligas tuas. Cf. Hoppe. Diss. p. 8; Synt. p. 16; Hofm. p. 378; 383. Ceterum iuncturam *calciare galeam* metaphoram esse vix probabilem concedo, ut dubitem, an veram lectionem non deprehenderim.

et neminem etc. De antihesi et particula inducta cf. ap. 40.15. Deum tangimus, et cum misericordiam extorserimus, Iuppiter honoratur. — *de præsentibus deis*. Ad genet. partit. circumscribendum præpositio de iam aetate antiquiore, sed maxime

apud scriptores posterioris latinitatis in usu est. Cf. Hofm. p. 392; Löfstedt. Synt. I. p. 118; de hoc usu apud T. supra c. 1. § 1 et Th. St. T. II. p. 58. A. 2. — *contestaris*, i.q. testem invocas. Thes. LL. IV. 689. 6 sqq..

in tuo foro. Anaphoram observes, parte altera cum ad litteratione, prorsus totam compositionem et conclusionem verborum.

appellas. verbum forense; idem valet quod *provocare ab uno ad alium iudicem*. Thes. L.L. II. 273. 61 sqq.. Cum accusativo solo structum: Cic. Verr. 7. 65; Quint. 20; Paul. Dig. 4. 4. 39; Act. Apost. 25. 12; 26. 32. — *pateris* vera lectio est: non de dei cognitione agitur, sed de arbitrio eius.

o testimonium veritatis. idol. 9 (38. 12). o divina sententia usque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes testimonium reddunt! Scap. 4 (O. 1. 549). — *testem efficit*, i.e. efficit, ut testimonium reddatur; neerlandice: getuigenis doet afleggen, een getuige oproeft. Obiectum consulto omissum est quo testimonium communius et latius valeat. Cf. Löfstedt. Z. Spr. T. p. 55 sq. ad loc..

Caput 3.

1. **Enimvero cum e.q.s.** Nulla est causa quod a lectione cod. A. recedamus aut cum Hartelio, Patr. Stud. III. p. 68 sq., signum interpunctionis moveamus, ut infinitivum *esse* verbo *probemus* subiciatur; sed sic quoque vocabulum *sane* ad *quasi non et probemus* pertinet.

quasi non et probemus, sc. daemonia esse. *Daemonia* hoc loco significat *'spiritus mali'* et t.t. Eccl.-orum est; cf. c. 2 ex., ubi idem valet quod *'idola'*. — Coniunctio *quasi* sequente particula negativa *non* in sententiis comparativis, quae vim condicionalem habent, usurpatur (Hoppe, Beitr. p. 126) ad refutationem inducendam; Th. St. T. IV. p. 136. Cf. an. 31 (352.8), ubi similiter particula *et* sequitur, de cuius collocatione plenius Löfstedt disserit; Z. Spr. T. p. 41 sqq.; cf. Th. St. T. I. p. 63; II. p. 86.

qui ea soli de corporibus exigimus. Iure reiecit v. Hartel 1.c. p. 69 permutationem. Reifferscheidii *'solis de corporibus'* ut nihil valentem. — T. cum de daemoniis exigendis loquitur, verba *exigere* et *expellere* vicissim usurpat: *exigere*. ap. 32.3 Vulg.; *expellere*. ap. 32.3 Fuld.; spect. 29 (27.25); Scap. 2 (O. 1.542); alias *discutere*. ap. 43.2, Fuld.; *excutere*. ib. Vulg.; *depellere*. an. 1 (300.6); semper cum de praepositione coniuncta. Cf. Min. Fel. 27.5. haec omnia sciunt plerique pars vestrum ipsos daemonas de semetipsis confiteri, quotiens

a nobis.... de corporibus exiguntur. Cypr. ad Demetr. 15. quando.... a nobis.... de obsessis corporibus eiciuntur. ib. Quod idola. 7. Orig. c. Cels. τὸ τῶν δαιμόνων γένος, οὓς οὐκ ὀλίγοι Χριστιανῶν ἀπελαύνονται τῶν πασχόντων. — *soli*. Idem dicit. an. 1 (299. 25-28); aliter autem Iren. adv. haer. 2. 6. 2. et propter hoc Iudaei usque nunc hac ipsa advocatione daemonas effugant, quando omnia timeant invocatione eius, qui fecit ea.

aliqui Chrysippi adsentator. Sed et aliter Stoici censemabant: Plut.

Quaest. rom. 51. p. 277. καθάπερ οἱ περὶ Χρονίπου οἰονται φιλόσοφοι φάντα δαιμόνια περινοστεῖν οἵτινες οἱ θεοὶ δημιοῦς χρῶνται πολασταῖς ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀδίκους ἀνθρώπους. — *adsentator*, vide Thes. L.L. II. 854; in bonam partem et Hermog. 10 (137.3).

et esse... respondent. Verba esse se codice Agob. tradita, nisi *daemonia* subiectum est verbi *respondent*, nihil valent. Quem in modum v. Hartel. l.c. hanc sententiam explicat servans genetivum *execrationis*. Sed *daemonia* subiectum esse non potest; nam non de testimonio daemonum agitur sed animae; cf. et sequentia: *daemonium vocas, Satanam pronuntias*. Itaque ~~✓~~ *execrationes tuae* subiectum est habendum et se ut per ditto-graphiam inter verba irreptum sive quod scriba contextum perperam intellexit, cum Rigaltio delendum. Subiectum in structura A. c. I. apud T. saepissime omittitur. Cf. Hoppe. Synt. p. 49; Löfstedt. Z. Spr. T. p. 52 sqq.; Blokhuis. p. 32; 123; e.g. ap. 2. 8. negat inquirendos ut innocentes et mandat puniendos ut nocentes (sc. eos, Christianos). Mentionem iniecerim Hartelium Patr. Stud. IV ad an. 25 (342.11) hunc locum secundum Oehlerii lectionem citare. — *abominationem*: mali ominis deprecatio, ἀπενχή; inde, exsecratio, detestatio. Thes. L.L. I. 122.26. Cf. infra c. 6.6. *abominari* et

ap. 34. 4 male abominari. — *respondent*, i.q. *spondent*, *testantur*. Hoppe. Synt. p. 138; Waltzing ad ap. 23. 9; de significationis deminutione praefixi *re-* vide Hoppe. Beitr. p. 104. — De sententia cf. ap. 22. 1 sq.. Atque adeo dicimus esse substantias quasdam spirituales. Nec novum nomen est: sciunt daemonas philosophi.... Omnes sciunt poetae, etiam vulgus indoctum in usum maledicti frequentat. Nam et Satanam, principem huius mali generis, proinde de propria conscientia animae eadem exsecramenti voce pronuntiat. Min. Fel. 26. 9 eos spiritus, daemones, esse poetae sciunt, philosophi disserunt. Similiter Cypr. Quod idola. 6; Lact. div. inst. 2. 14. 7.

Daemonium. Significatio ‚a malo spiritu infictus’ ,daemonem habens’ sive ‚spiritus malus’ ante Ecclesiasticos in lingua latina non reperitur; verba graeca autem δαιμονῶν et δαιμονίζεσθαι hunc sensum non ignorant. Cf. Bolkestein. Theophrastos’ Charakter der Deisidaimonia. p. 70. Xenophon. Mem. 1. 1. 9 verbum δαιμονῶν parem ponit ἀθέμιστα ποιεῖν. Plut. quaest. conv. 7. 5. 4. οἱ μάγοι τὸν δαιμονιζόμενον πελεύοντο τὰ Ἐφέσια γράμματα πρὸς αὐτὸν καταλέγειν καὶ δυομάζειν. . . παραβάλλοντας φθάσι καὶ ποιήματα καὶ λόγους κένους οὐκ ἐπιλαγησόμεθα παντάπαιον ὑπὸ τούτον. Dubia mihi videtur significatio in Aeschyli Theb. 1001, ubi Ismene de fratribus occisis dicit: Λῶ λῶ δαιμονῶντες ἐν ἀτα (Weir Smyth vertit: Alas, alas, o ye possessed of an evil spirit by your fatal folly). Cf. Men. Epitr. 527 (v. L.) ὁ τρισκακόδαιμον. ib. frg. 550 (K.), et Plut. Brut. 36 de ‘κακὸς δαίμων’ qui Bruto appareret; cf. narrationem consimilem apud Val. Max. 1.7.7, ubi Cassius Parmensis ‘κακὸν δαίμονα’ suum in somno videt. (Val. verbis graecis utitur). Cf. Rohde. Psyche. I. p. 189 sqq.; II. p. 362 sqq..

Aug. eodem modo dicit, civ. dei. 9. 19: ubicumque illarum litterarum (sc. Scripturae) hoc nomen (sc. daemon) positum reperitur, sive daemones sive daemonia dicantur, nonnisi maligni significantur spiritus. Et hanc loquendi consuetudinem in tantum populi usquequa secuti sunt, ut eorum etiam qui pagani appellantur, et deos multos ac daemones colendos esse contendunt, nullus fere sit tam litteratus et doctus qui audeat in laude vel servo suo dicere: daemonem habes, sed cuilibet hoc dicere voluerit, non se aliter accipi quam male dicere voluisse, dubitare non possit. Quae igitur nos causa compellit, ut post offensionem aurium tam multarum, ut iam pene sint omnium, quae hoc verbum nonnisi in malam partem audire consueverunt, quod diximus cogamur exponere.... — Ad extremum refero ad locum supra citatum, ap. 22. 2. etiam vulgus indoctum in usum maledicti frequentat; et ad Heinzii tractationem de daemonibus in Berichte über die Verhandlungen der Kön. Sächs. Gesellsch. d. Wiss.. Leipzig. 1910. p. 394-414 (ad Ap. cc. 22, 23, 27).

deputamus, cum dat. et infra c. 4 § 2. Cf. Rönsch. It et Vulg. p. 358; Blokhuis. p. 12; 137. (De aliis structuris huius verbi uno in conspectu posuit Löfstedt. Z. Spr. T. p. 93 sq.). — *daemoniis deputamus*. adlitteratio.

ad necessitatem odii importunum. v. Hartel eleganter coniecit l.c. *ut ad n.o. importunum* pro traditis verbis *aut ad n.o. inport.*, sed reiciendum est, quia relatio causalis parum convenit. Verba *aut immunditia.... importunum* attributive ad vocabulum *hominem* apposita sunt; itaque *aut ante ad* cum Oehlero delendum est. — *ad necessitatem odii*, brachylogia pro: *ut non possis non odisse*. cf. v. Hartel. l.c.; Hoppe. Synt. p. 140.

2. **denique.** vide March. p. 204; Blokhuis. p. 111; Hoppe. Beitr. p. 115;
cf. Iud. 10 (O. 2. 730).

vexatione et aspernatione et detestatione. homoeoteleuton. De
usu vocabuli *aspernatio* Thes. L.L. II. 823. 51 sqq. praeter
duos locos Ciceronis (Tusc. 4. 31; 59) scriptores inferioris
modo latinitatis citat (Sen. Tert. — hunc unum locum —
Aug. Cassian. Sirach); addo Hilar. in psalm. 122. 12. —
detestatione. v. Thes. L.L. V. 809. 48; T. synonymis uti
amat; cf. Th. St. T. III. p. 13.

malitia angelum. cf. *spiritalia malitiae* iei. 17 (297. 23); Marc.
4. 24 (502. 19); angelorum et daemonum et spirituum mali-
tiarum genituras. Val. 22 (200. 3); et de usu subst. abstracti
pro adiectivo vide Hoppe. Synt. p. 85 sqq.. — *angelum.*
*Αγγελος idem valens quod δαιμων Therae reperitur; cf. Keil.
Jahrb. f. Philol. suppl. IV. 654 sq.; Lact. div. inst. 2. 15. 8;
de sensu christiano v. Teeuwen. p 16; 23; cf Aug. civ. dei.
15. 23. Neque ethnici vocabulum *Satanas* usurpabant; cf.
Rigaltii adnotationem apud Oehler. 1. p. 405. A. c. et Indicem
Oehlerii s.v. *malus* de usu Tertullianeo verbi *malus* = *Sa-*
tanas; et Waltzing. Comm. p. 104.

totius erroris artificem. an. 1 (299. 26). [Christiana potestas]
quae vim istam (i.e. daemoniorum) perniciosissimam nec um-
quam bonam atquin omnis erroris artificem, omnis veritatis
avocatricem sola traducit. ib. 57 (391. 23). totius erroris arti-
ficem, salutis pariter animaeque vastatricem scientiam magiae.
nat. 1. 9 (73. 3) T. diabolum '*mancipem erroris*' nominat.
ap. 22. 6. aspiratio daemonum et angelorum mentis quoque
corruptelas agit.... erroribus variis, quorum iste potissimum
quo deos istos captis et circumscriptis hominum mentibus com-
mendat. Lact. div. inst. 2. 16. 5. ut errores humanis pectoribus

offendant, serunt ac miscent falsa cum veris. — *totus pro omnibus*; v. Th. St. T. I. p. 71.

totius saeculi interpolatorem. De anaphora vide Löfstedt. Z. Spr. T. p. 72 sqq.. vocabulum *interpolator* T. valde amat; cf. Oehl. Indicem et 1. p. 285. A.o. (c. fem. 1. 8; O. 1. 710). spect. 2 (4. 8). Nos igitur qui domino cognito etiam aemulum eius inspeximus, qui institutore comperto et interpolatorem deprehendimus, nec mirari neque dubitare oportet: cum ipsum hominem.... illa vis interpolatoris et aemulatoris angeli ab initio de integritate deiecerit, universam substantiam eius.... in perversitatem demutavit adversus institutorem.... — Ad comparandum addo appellationes apud Lucif. Calarit. d.s. Athan. 1. 19 (100. 27 H.): inimicus dei, hostis ecclesiae, veritatis interpolator, pravitatis concinnator, iniustitiae amator. — *erroris artif.* — *interpolatorem*, homoeoptoton (— u — — —).

homo a primordio circumventus. Cf. ap. 22. 4 operatio eorum est hominis eversio; sic malitia spiritalis a primordio auspicata est in hominis exitium. an. 39 (366. 17). cui enim hominum non adhaerabit spiritus nequam, ab ipsa etiam ianua nativitatis animas aucupabundus. Cypr. Quod idola. 7; Lact. div. inst. 2. 14. 14. — De usu metaphorico verbi *circumventus* vide Koffmane. p. 148. — *praeceptum dei excederet*. Aug. conf. 2. 2. excessi omnia legitima tua (i.e. Dei). — *exinde*. cf. Löfstedt. Krit. Bem. p. 94.

in mortem. cf. Supra ap. 22. 4. in hominis exitium; Blokhuis. p. 62 sq.. — *mors* apud Ecclesiasticos saepenumero 'mors perpetua damnationis' significat; cf. Teeuwen. p. 42 sq.. — *de suo semine*. praep. *de* cum ablativo instrumenti coniuncta; vide c. 1. § 1.

traducem. metaphora de vitium cultura deprompta; Hoppe. Synt.

p. 177; Waltzing. Comm. p. 44; Bindley. p. 56; March. p. 183 (qui vertit: channel of propagation). Cf. Nat. 1.7 (67. 20) ubi translatio accuratius indicatur vocabulo 'quodammodo' addito. — Haec figura saepius invenitur: Prud. apoth. 983 sq.. traduce carnis; Rufin. translat. Orig. 1. περὶ ἀρχῶν. praef. 3. ex seminis traduce — Eandem sententiam pronuntiat Laurent. Novariens. Homil. 1. peccatum mundi quid est? Delictum Adam per traducem seminis ad filios devolutum. Tert. iei. 3 (277. 20). antidotum famem sumerem, per quam purgarem mortis a primordio causam (sc. quia Adam malum edit) in me quoque cum ipso genere transductam. cf. pud. 6. 229. 26) et Esser in translatione Kellneri. p. 394. A. 2.

3. igitur. T. hanc particulam valde amat et secundo loco ponere solet; cf. Hofm. p. 683. — *perditor*. Sic quoque diabolus apud Lact. div. inst. 2. 14. 8 appellatur.

licet. Verbum *licet* cum coniunctivo coordinato coniunctum sensim ad vim particulae concessivae progreditur; cf. Hofm. p. 738; Hoppe. Synt. p. 78; spect. 2 (2.25); monog. 5 (O. 1.768); cf. an. 31 (351.8). — *soli.... Christiani*. Cf. an. 57 (391. 19). sed ratio fallaciae (sc magiae quae evocaturam se ab inferum incolatu animas pollicetur) solos non fugit Christianos qui spiritalia nequitiae.... novimus.

apud dominum secta. Cf. res. 2 (26.5). apud deum aliqua secta; pall. 6 (O. 1.956). divinae sectae. — De vocabulo *dominus* vide Teeuwen. p. 41, de *secta* ib. p. 120.

nosti dum odisti. Idem lusus verborum reperitur an. 10 (313.1) Herophilus.... qui hominem odit, ut nosset; ap. 1. 5. et ignorare illos dum oderunt et iniuste odisse dum ignorant. — *dum c.* indic. vim causalem habet; v. c. 2. § 1; Löfstedt. Krit. Bem. p. 71.

Caput 4.

1. **iam nunc.** His particulis T. sententiam inchoare amat; cf. Th. St. T. IV. p. 87; idol. 18 (52.8).

necessariorem. Haec comparativi forma apud Tm. quoque reperiatur pat. 11 (17.5); c. fem. 1.5 (O. 1.707); res. 31 (69.23). spem... aeternae scilicet salutis et necessarioris resurrectionis; c. Chr. 7 (O. 2.440); apud Ambros. de off. 1.18.78. — *quod.... spectet.* De structura *quod* c. conjunct. in hoc sensu vide Hofm. p. 722.

quantem et. cf. infra c. 6 § 5. in quantum et. Hic. usus *et* particulae plenius disseritur a Löfstedt. Z. Spr. T. p. 29; Th. St. T. II. p. 81; Hoppe. Beitr. p. 119. — *statum.* e sermone ICt-orum depromptum; ap. 47.8. sic et de animae statu (sc. variant philosophi) quam alii divinam et aeternam, alii dissolubilem contendunt. v. Waltzing. Comm. p. 65 (ad ap. 13.3). — Observes crebritatem litterae *t* et adlitterationem.

adfirmamus &c.. res. 1. in.. fiducia Christianorum resurrectio mortuorum. illam credentes sumus. nat. 1.19 (91.9-22) et cf. ad loc. Indicem III editionis Borleffsii. Min. Fel. 17.3 sqq.; 34.5 sqq.; Tert. ap. 48.12 cum ergo finis.... adfuerit,tunc restituetur omne humanum genus ad expungendum quod in isto aevo boni seu mali meruit, et exinde pendendum in immensam aeternitatis perpetuitatem.

disjunctionem. an. 33 (358.9). in disjunctione vitae. Cf. March.

p. 210; Hoppe. Diss. p. 75; Synt. p. 130 et A. 1; i.q. *consummationem*. Thes. L.L. V. 1436. 76. — *meritis*. vox media, ut saepius. ap. 1.5; 11.11; 17.3. al.; cf. *meruit*, supra ap. 48. 12. — *refrigerium*. t.t. Eccl.-orum. Koffmane. p. 49 (et de usu suffixi *-ium*, ib. p. 100); Rönsch. It. et Vulg. p. 33; 322; Teeuwen. p. 19; 44.

quibus sustinendis. T. structurae dativi finalis gerundivi vel maxime indulget; cf. Hoppe. Synt. p. 56 sq.; Hofm. p. 598 sq.; infra § 10. memoriae post mortem frequentandae. — De re cf. ap. 48. 4 sed quia ratio restitutionis destinatio iudicii est, necessario idem ipse qui fuerat, exhibebitur, ut boni seu contrarii meriti iudicium a deo ferat, ideoque repraesentabuntur corpora, quia neque pati quicquam post anima sola sine materia stabili, id est carne, et quod omnino de iudicio dei pati debent animae, non sine carne meruerunt, intra quam omnia egerunt. Tatian. or. ad. Gr. 6. in.. καὶ διὰ τοῦτο καὶ σωμάτων ἀνάστασιν ἔσεσθαι πεπιστεύκαμεν μετὰ τὴν τῶν ὅλων συντέλειαν . . . χάριν κρίσεως. ib. 15; Athenag. res. 18; 21; Suppl. 36. τὸν δὲ μηδὲν ἀνεξέταστον ἔσεσθαι παρὰ τῷ θεῷ, συγκολασθήσεσθαι δὲ καὶ τὸ ἐπουργῆσαν σῶμα τοῖς ἀλόγοις δρμαῖς τῆς ψυχῆς καὶ ἐπιθυμίας πεπεισμένον, οὐδεὶς λόγος ἔχει οὐδὲ τῶν βραχυτάτων τι ἀμαρτεῖν. Iustin. ap. I. 10.2 sq.; 17 ex. 18 sq.; 28; 45.6; 52.3. Ambros. de fid. res. 52; 88. Apud Tm. et nat. 1.7 (70.22); res. 14 (43.16). haec (sc. iudicium) erit tota causa, immo necessitas resurrectionis, congruentissima scilicet deo, destinatori iudicii. de cuius dispositione dispicias, an utriusque substantiae humanae diiudicandae censura divina praesideat, tam animae quam et carni. ib. 17 (48.25). — *substantia*, adiectivo (*humanus, corporalis*) addito sive omissio apud T. in hoc sensu verbum usitatum est. res. 18 (49.6);

c. Chr. 1 (O. 2.425); ap. 48.2 Vulg.; cf. Th. St. T. IV. p. 140. — *materiam et memoriam*. iunctura adlitterata; v. Hoppe. Synt. p. 149 sqq..

quod et... facultate. Corpus ad poenam subeundam necessarium esse, quia anima sine corpore pati non posset, T. iam in ap. 48.4 dixit (v. supra); libris postea scriptis et animae soli facultatem passionalem attribuit, quoniam anima est corporalis: an. 7 (308); 58 (394 sq.); res. 17 (47. sq.). hoc (sc.... aliter anima non capiat passionem tormenti seu refrigerii, utpote corporalis) enim vulgus existimat. Nos autem animam corporalem et hic profitemur et in suo volumine probavimus, habentem proprium genus [substantiae] soliditatis, per quam quid et sentire et pati possit. — *Quid' autem sentire et pati potest, nam ad supplicium aut refrigerium cumulate sentiendum corpus ideoque et resurrectio corporis desideratur* (p. 48. 9. sqq.; 25 sq.); res. 8 (37.4) non possunt ergo separari in mercede quas opera coniungit.

exhibitione. verbum forense. cf. Gaium. Dig. 50.16.22; Gell. 14.2.7. Rönsch. It. et Vulg. p. 73. Tert. res. 17 (48.26); 23 58.22) = Act. Apost. 3.21. — *exh.-passionem*. similem sonum observes.

2. **honestior multo Pythagorica.** ap. 48.3. adversus Pythagoreos: proponimus multo utique dignius credi hominem ex homine redditurum. nat. 1.19 (91.15). attamen quanto acceptabilior nostra praesumptio est, quae in eadem corpora reddituras (sc. animas) defendit. vobis autem quanto vanius traditum est hominis spiritum in cane vel mulo aut pavone redditurum?

Pythagorica quae... transfert. Herodotus 2.123 doctrinam metempsychoseos ab Aegyptiis pervenisse contendit. Apud Graecos Pherecydes primus de ea re disserit; cf. Suidas. s.v.,

Hesych. 56; Tatian. or. ad Gr. 3.25; Diels Vorsokr. p. 530 sqq.. Postea Pindarus. Ol. 2.68. παλιντρόπελον ἄλλω χρόνῳ. frg. 133 Bergk. (Thren. 4) ap. Plat. Men. p. 81.b. De ipso Pythagora Xenophanes. Anthol. Lyr. Diehl. 1.12.6. p. 57 (Diog. 8.36); Io Chius. ib. 1.20.5. p. 69 sq. (Diog. 1.120); Hdt. 4.95; Philolaus ap. Clem. Strom. 3.433 A. Theodor. cur. gr. aff. 5.14; Diog. 8.4; Porph. vita Pyth. 19. πρῶτον μὲν ἀθάνατον εἴραι φησι τὴν ψυχήν, εἴτα μεταβάλλονσαν εἰς ἄλλα γένη ζῴων. Multos alios locos citat Mayor-Souter ad ap. 48.1. p. 457 sq.; de eadem sententia apud neo-pythagoreos cf. Philostr. vita Apoll. 3. 19-22; 24; 5.42; 6.21.1; 8.7.15; 20; Hippolyt. refut. haer. 6.25.

Eandem doctrinam profitetur Empedocles; Diog. 8.4; Ael. nat. an. 12.7; v. Mayor-Souter. 1.c. Animas malorum in corpora bestiarum migrare Plato docet in Phaedone 31. p. 81.e-82.b, in corpora mulierum necnon bestiarum in Timaeo. p. 42.b sq.; cf. 90.e. Cf. Min. Fel. 11.1 sic etiam condicionem renascendi sapientium clariores. Pythagoras primus et praecipuus Plato, corrupta et dimidiata fide tradiderunt; nam corporibus dissolutis solas animas volunt et perpetuo manere et in alia nova corpora saepius commeare. Addunt istis et illa ad retorquendam veritatem, in pecudes aves belugas hominum animas redire. Cf. Rohde. Psyche. pass. (v. Indicem s.v. Seelenwanderung).

quae. Kroymann, Quaest. Tert. crit. p. 61 pronomen relativum, *quae-transfert*, *quae-reddit*, *quae-defendit*, quoque tempore, quia 'relativum hoc loco vix ferri potest', coniunctione *qua* sive *quia* permutare vult. Qua correctione minime opus est; cum antiqua enim tum posteriore latinitate praevalet indicativus in sententiis relativis *quae* vim causalem habent. Cf. Hoppe. Synt. p. 74; Hofm. p. 712 sq.. Immo vero etiam haec

structura Tertulliani propria est, qui relativo indulget, etiam cum sententiae perspicuitas coniunctionem causalem desiderat; vide Löfstedt. Krit. Bem. p. 69 et in primis Th. St. T. II. p. 67 sq..

Platonica quae... reddit. Secundum Platonem anima, quae pura condicione, itaque tota, a corpore solvitur, in conventum aeternum deorum proficiscitur (Phaed. p. 80.e-81.a). Sunt animae eorum, qui ad veram philosophiam se contulerunt (ib. p. 82.b-c). Animis aliorum aliquid corporale adhaeret, quo evenit, ut requiescere non possint, antequam in corpus redierint et quidem in corpora bestiarum (p. 81.b-82.b). Cf. Phaedr. p. 248 sq.; Phaed. p. 70; 72. a; legg. 12. p. 959. b. *τελευτησάντων λέγεσθαι καλῶς εἴδωλα εἶναι τὰ τῶν νεκρῶν σώματα, τὸν δὲ ὄντα ἡμῶν ἔκαστον ὄντως ἀθάνατον, ψυχὴν ἐπονομαζόμενον, παρὰ θεοὺς ἀλλοις ἀπίέναι.* Cf. Rohde. Psyche. II. p. 274. sqq.. De metempsychosi apud Platonem vide adnotationem superiorem. Contra doctrinam vivi ex mortuis' Tert. an. c. 29 sqq..

dotem corporis. Löfstedt. Arnob. p. 78 sq. ad Arnob. 3. 16 (122. 21 R.) hunc locum citat, ut vocabulum *dos* (‘Mitgift’) illo loco vim latiore habere (‘Ausstattung, Gabe, Schmuck’) demonstret: corpus tamquam animae dos. Re vera haec significatio apud Tm. reperitur: scorp. 6 (156. 23); paen. 2 (O. 1. 645. 7); cf. Thes. L.L. V. 2047. 77 sqq.. Sed hoc loco *dos* per metaphoram propria et angustiore significatione usitatum esse censeo comparans an. 41 (369. 7). sequitur animam nubentem spiritui caro ut dotale mancipium (als ein zur Mitgift gehöriger Sklave. Waszink); res. 63 (124. 5). nam et si animam quis contenderit sponsam, vel dotis nomine sequetur animam caro. Cf. Marc. 1. 24 (323. 28). — De metaphora vide Hoppe. Synt. p. 174.

Epicurea... quae... defendit. Epic. ep. 3. p. 60. 15. *μηδὲν πρὸς ἡμᾶς εἶναι τὸν θάνατον ἐπεὶ πᾶν ἀγαθὸν καὶ κακὸν ἐν αἰσθήσει. στέρησις δέ ἔστι αἰσθήσεως ὁ θάνατος.* Diog. 10. 124 sqq.; Sext. math. 9. 72; Pyrrh. 3. 229; Plut. n. p. suav. vivi. 27. 1. 3; 30. 5; Plin. nat. hist. 7. 55. 188 sqq.; praecipue Lucr. 3. 830 (immortalitate ut impossibili revicta): nil igitur mors est ad nos neque pertinet hilum. Cf. ad loc. adnotaciones copiosissimas Heinzii et Munronis; Rohde. Psych. II. p. 332 sqq.. Sext. math. 1. 237 tradit grammaticos Epicuro opprobresse eum hanc sententiam a poetis surripuisse: *τὸν θάνατον ὅτι οὐδέν ἔστι πρὸς ἡμᾶς, Ἐπίχαρομος αὐτῷ προμεμήνυκεν εἰπὼν ἀποθανεῖν η̄ τεθνάναι οὐ μοι διαφέρει* (frg. 247. K.). Item T. an. 42 (369.11) Epicuri doctrinae mentionem facit et Senecam quoque adsentatorem nominat (l. 18; res. 1. p. 25. 15) respiciens, puto, ad Troiad. 397: post mortem nihil est ipsaque mors nihil; 401 sq.. mors individua est, noxia corpori Nec parcens animae. Vide autem de Senecae opinione immortalitatis animae c. 1. § 5. — Totam sententiam T. paucis verbis comprehendit spect. 30 (29. 3). (philosophi) animas aut nullas aut non in pristina corpora reddituras affirmabant.

tamen... deputatur. Improbations eiusmodi doctrinae christiana ab ethnicis saepenumero apud T. reperiuntur; infra § 11. (resurrectionis) nos praesumptores denotamus; res. 1 (25. 3); 2 (27. 15). durius creditur resurrectio carnis quam una divinitas. ap. 49. 1. Haec sunt, quae in nobis solis praesumptiones vocantur, in philosophis et poetis summae scientiae et insignia ingenia. Illi prudentes, nos inepti, illi honorandi, nos irridendi, immo eo amplius et puniendi. ib. 23. 13; 18. 3 sq.; 47. 12; 50. 11. nat. 1. 19 (91. 11). Ridete igitur quantumlibet stupidiissimas mentes quae moriuntur, ut vivant. Cf. Waltzing.

Comm. p. 202; Lortz. Tertullian als Apologet. I. p. 209 sq.
 A. 290. Lact. div. inst. 7. 26. 8. — De verbo *praesumptio*
 vide Hoppe. Diss. p. 61. A. 1; de verbo *deputare*, supra c. 3.
 § 1.

3. **si tecum &c.** Contra hanc „*praesumptionem*“ cui quisque tacito sensu deditus est, Lucretius ita argumentatur (3.873 sqq.): cum homines queruntur corpus post mortem tabescere vel igni ferisve deleri: ‘Scire licet non sincerum sonere atque subesse Caecum aliquem cordi stimulum, quamvis neget ipse Credere se quemquam sibi sensum in morte futurum.’ Et causam ostendit, 877 sq.: nec radicitus e vita se tollit et eiecit Sed facit esse sui quiddam super inscius ipse.

misellum. verbum tritum pro ‘*mortuus*’. Cf. Catull. 3.16. miselle passer. Petron. Sat. 65.10. Scissa lautum novemdiale servo suo misello faciebat quem mortuum manumiserat. Heraeus. Die Sprache des Petronius und die Glossen. Progr. Offenbach, 1899. p. 33 ad C. Gl. L. V. 223. 2 revocat: *misellus* i.q. *mortuus*, et addit vocabulum *misellus* praecipue in Africa in carminibus epigraphicis inveniri; e.g. C.I.L. VIII. suppl. 11594. non digne, Felix, citto vitam caruiste, miselle. Cf. Apul. met. 8.1. fuit Charite nobisque misella et quidem casu gravissimo nec vero incomitata Manes adivit. Isidor. Diff. 1.353. miserum viventem adhuc dicimus, misellum mortuum. Quod autem rem in maius extollit; accuratius ib. Orig. 10.174 (quem locum Servius quoque citat Aen. 4.20). Cf. Cic. Tusc. 1.5.9. sqq.. **non utique**, vide Blokhuis p. 117.

quod... ereptum. T. eiusmodi structuris participii cum coniunctione coniuncti vel maxime indulget. Cf. v. Hartel. Patr. Stud. III. p. 70 sq.; Hoppe. Synt. p. 58 sq.; Beitr. p. 122. A. 2; Th. St. T. II. p. 17; IV. p. 51 sq.; 55 sq.; Hofm. p. 603; 629.

Hic usus efflorescit ex Tertulliani amore breviter dicendi. Th. St. T. IV. p. 55 sq.; Hoppe. Synt. p. 142. Permutatio Reifferscheidii *non utique ut nihil curat id genus varietatem apud Tm.* usitatam esse; similiter infra § 7: non ultra quid minantem sed ut commodum vitae amputantem; quo loco RW. *ut ante ultra* inserit. Cf. Th. St. T. IV. p. 13 sqq..

ut... *adscriptum*. De *ut* particula ad partic. posita vide adn. proximam et Waltzing. Comm. p. 21. — *poenae et iudicio*, cum sensu christiano; i.q. ,supplicium aeternum gehennae' et ,iudicium ultimum'; cf. Teeuwen. p. 71. — *adscriptum*, cum notione destinandi. Thes. L.L. II. 775.27. Cf. Paul Dig. 40.7.10. servum adscriptum libertati; Phaedr. 4.11.8. olim cum adscriptus venerit poenae dies. — De re cf. praef. § 1. A. 6.

4. ceterum, = alioquin. Hoppe. Synt. p. 109; Th. St. T. II. p. 2. Propositio condicionalis explicativa sequitur post verba *vocas porro securos*.

securos. Ita mortuos vocat Phaedr. fab. 78; Sidon. Apoll. ep. 3.12.2; Firmicus Maternus. 1.3.11. (Oehler. p. 406. hos locos minus accurate indicat). — *defunctos*, sc. vita; de principio vice substantii usurpato cf. Hofm. p. 455.

Vitam incommodum, mortem beneficium esse apud veteres opinio receptissima erat; e.g. apud Thracas. Hdt. 5.4, quem ad locum cf. How & Wells. II. p. 2. Cum Theognis (425) verbis ab H. & W. citatis fere ad verbum congruit Stob. Floril. 120.3. ἀρχὴν μὲν μὴ φῦναι ἐπιχθονίους ἄριστον, φύντα δὲ ὄπως ἀκιντα πύλας Ἀΐδαο περῆσαι. Cf. Clem. Strom. 3.15.1; Theodor. graec. aff. cur. 5.12. Bacchylides. 5.160. θνάτους μὴ φῦναι ἄριστον. Eurip. frg. 287. Nauck. Alexis. Com. 3. p. 447. τὸ μὴ γενέσθαι μὲν ιητιστόν ἐστιν ἀεί, ἐπὰν γένηται δὲ τάχιστ ἔχειν ιέλος. Sext. Pyrrh. 3. 231. Sen. Troiad. 954. prima

mors miseros fugit. Verg. Aen. 12. 646. usque adeone mori miserum est? Cf. Rohde. Psyche. I. p. 300.

cum obsoniis et matteis... parentans. De moribus et cibis ad parentalia vide Rohde. Psyche. I. p. 231; 240 sq.. — *mattea*, Gr. *ματρία*, cibi suavissimi, lautitiae. Cf. Friedländer. Petronii cena Trimalchionis.² p. 326; Heraeus. Sprache des Petronius. p. 16. — *parentans*. Hoc Christianis non licet; spect. 13 (15. 26). (Christiani) non parentamus sed neque de sacrificio et de parentato edimus. — ‘Oblationes annuas’ autem reddere solebant; exh. cast. 11 (O. 1. 753); cf. ib. 12 (754). (Christianus)..... securus morietur relictis filiis, forsitan qui illi parentant! monog. 10 (O. 1. 776).

ad busta recedis. v. Hartel. Stud. Patr. III. p. 71 proposuit *secedis*. Hoc quidem meliorem clausulam affert, sed et heroica saepius apud Tm. reperitur, ut Hoppe. Synt. p. 158 docuit, et ad litteratio *recedis-redis* lectionem codicum defendit. Verbum *recedere* idem valet apud Verg. Georg. 4. 191. — *dilutior*. cf. an. 24 (337. 10). dilutioris divinitatis; res. 7 (34. 14). dilutior auctoritas. — Antiqui sepulcretum adire solebant die tertio vel nono post exequias vel parentalibus. Rohde. Psyche. I. p. 231 sqq..

5. **exigo.** vide Hoppe. Beitr. p. 36.

de tuo. *de pro ex;* v.c. 1 § 1. Hoppe. Synt. p. 103: *de suo*, ohne Hinzutun eines anderen. cf. an. 58 (394. 28); 14. in.; nat. 1. 6 (66. 12); Marc. 2. 3 (336. 18); an. 51 (383. 10) *de meo didici*; c. Chr. 7 (O. 2. 439). non recipio quod extra scripturam *de tuo infers*; similiter an. 40 (367. 18). *de proprio sapit*.

longe es, i.q. *procul es*. Marc. 5. 17 (636. 11). at nunc, inquit, in Christo vos, qui eratis longe, facti estis prope in sanguine eius (= Eph. 2. 13. *οἵ ποτε ὅντες μακρὰν ἐγενήθητε ἔγγύς*). ib. 4. 24

(501. 10). quod enim longe fuerit aliquando, id potest dici appropinquasse. Cf. Löfstedt. Z. Spr. T. p. 95.

convivio eorum. Mortuus dominus cenae est. Artemidor. onirocr. p. 271. 10 H. ἡ ὑποδοχὴ γίνεται ὑπὸ τοῦ ἀποθανόντος. Cf. Rohde. Psyche. I. p. 231.

conrecumbentibus. Gr. οὐρανακεμένοις. Tp. Hoppe. Beitr. p. 146. Aug. Serm. 307. 1.1. cf. conresupinare, an. 48 (379. 7). — Participium praes. ex analogia verbi graeci usurpatum esse verisimile est. Cf. Mohrmann. Die altchr. Sondersprache. p. 173; similiter *condiscumbere*, neerl. mede aanliggen. Aug. Serm. 99. 3. 3.

sortem... possis. Ad parentalia illa laudes mortuorum dicere decebat. Zenob. 5. 28. εἰώθεσαν οἱ παλαιοὶ ἐν τοῖς περιδείπνοις τὸν τετελευτηκότα ἔπαινεῖν, καὶ εἰ φαῦλος ἦν. Secundum Cic. legg. 2. 25. 63. vera tantum: sequebantur epulae, quas inibant propinqui coronati, apud quos de mortui laude † quomni quid veri erat praedicatum (nam mentiri nefas habebatur), † ad iusta confecta erant. Rohde. Psyche. I. p. 231 sq.; cf. 245. — *suam*. pronomen ad dativum obiecti respicit. Cf. Hofm. p. 470. — *possis*. coniunct. potentialis; cf. Hoppe. Beitr. p. 36.

adulari propter quos. Pronomen, ad quod relativum pertinet, apud Tm. saepissime omittitur. Löfstedt. Krit. Bem. p. 70; Hoppe. Beitr. p. 111. Obiter notare velim verbum *adulari* apud Tm. ut interdum apud Nep., Liv., Curt., cum dativo strui. Cf. ap. 31. 1; paen. 6 (O. 1. 653); pud. 2 (222. 17). — *laetius*. Hoc vocabulum in codice A distingui non potest, sed ut magis proprium, in primis ad cenas, vocabulo *laetius* sensus latioris preferendum puto. Cf. Petron. 65. 10. lautum novemdiale; 31. gustatio valde lauta; Sen. ep. 114. 9. ad cenas lautia transfertur; Varro. Meleagris. 303 ap. Non. p. 48. funus

exequiatis (i.q. exsequi) laute ad sepulcrum antiquo more silicernium confecimus, id est περίθειτον. — Quanta hilariitate et laetitia illud silicernium celebrari soleret. Lucianus tradidit; de mercede conductis. 28. p. 687 (verba affert Oehl. p. 407) et cf. illud *Ti dilutior redis*.

ergo. Per hanc particulam T. ad propositum unde deverterat, reddit. Cf. Georges. 8 I. 2451.

quid, quod. Locutio ad gradationem indicandam; cf. Waltzing. Comm. p. 26; March. p. 193; eodem modo post interrogacionem praecedentem spect. 3 (5.13). — Recte Kellner in translatione signum interrogationis post verbum *maledicis* posuit, ut concinnitatem restitueret: *cuius memoriam..... facis, terram gravem imprecaris — cui gratiam debes..... refrigerium comprecaris.* (B.K.V. Tertullian. 2 I. p. 209 et A. 1).

memoriam facis, i.q. *meministi;* Tm. saepius *facere c. substantivo* pro simplici verbo posuisse iam Thörnell docuit; St. T. IV. p. 60 sq.; cf. Hofm. p. 70. — *offensae morsu.* metaphora usitator; e.g. Cic. Tusc. 2.22.53. *morsum doloris.* — *offensa,* i.q. contumelia, iniuria; vocabulum est posterioris latinitatis.

terram gravem imprecaris. Sen. Phaedra. 1279 sq.. istam (sc. Phaedram) terra defossam premat Gravisque tellus impio capiti incubet. Plin. nat. hist. 2.63.154 *terra..... mater operiens....., etiam monumenta ac titulos gerens nomenque prorogans nostrum et memoriam extendens contra brevitatem aevi* (cf. infra § 10), cuius numen ultimum iam nullis precamur irati grave, tamquam nesciamus hanc esse solam quae numquam irascitur homini. — Illud ‘*sit tibi terra levis*’ in maledictionem convertit Ammianus (Anthol. Palat. XI. 226): *εἴη σοι κατὰ γῆς πούφη κόνις, οἰκτρέ Νέαρχε, Ὁφρα σε δημόσιος ἔξεργοςσαι κύνες.* Item Martialis 9. 29. 11 sq.. *Sit tibi terra levis*

mollique tegaris harena, Ne tua ne possint eruere ossa canes.
imprecari, in bonam partem idol. 22 (55. 25).

et cineri... tormentum. Gomperz. Tertulliana. p. 31 vocabulum *cineri* ante et particulam ponere proposuit: 'terram gravem imprecari *cineri* et penes inferos tormentum (sc. animae)' quia 'cinis neque penes inferos collocari potest neque ullo modo torqueri', cum ad comparandum adducit res. 17 (47. 25). Cf. autem Cic. Verr. 2. 113. cur hunc dolorem *cineri* eius atque ossibus inussisti? ib. 6. 128. *cineri* atque ossibus filii sui solacium volt aliquod reportare. — Et ipsum locum nostrum: ossibus et *cineribus* refrigerium comprecaris. — Ceterum quid sibi vult, quaeso, illud 'terram gravem imprecari *cineri*', si cinis neque ullo modo, ne terrae quoque pondere torqueri potest?

penes inferos. *penes* pro *apud*, vide c. 1 § 2. Eadem permutatio *penes inferos-apud inferos* reperitur an. 58 (394. 9 & 395. 28-394. 23 & 395. 9); cf. ap. 47. 12 *apud inferos-ad mortuos*. Vide Löfstedt. Z. Spr. T. p. 87 A. 1 et generatim de praepositionibus commutatis Th. St. T. IV. p. 19 sqq..

comprecaris. transit., v. Thes. L.L. III. 2144. 60. — De imprecatione 'sit tibi terra (*lapis*) levis' exempla innumerabilia consulas apud Buecheler-Riese. Carm. Lat. Epigraph., e.g. II. 1120 sq.; 1451 sqq.. C.I.L. II. 1293. dicite qui legitis *solito de more* sepulto: Pro meritis, Pylades, sit tibi terra levis. Cf. et Oehler ex exempla, p. 407. A. i (sed corr. Mart. 5. 34. 9 quem ad locum cf. editionem a Friedländer curatam. I. p. 407); Rohde. Psyche. II. p. 381.

ut bene requiescat. C.I.L. VI. 4825. sit tibi terra quies; 7193. requiescant dulciter ossa; XIV. 3940. aeterna et iunget me tibi, nate, quies. Carm. Lat. Ep. II. 1170. mors 'dira quies hominum' vocatur.

6. si nihil passionis e.q.s.. In eundem modum Cicero argumentatur contra Epicurum in Tusculanis. 1. 5. 9 sqq. — Libro de corona 10 (O. 1. 439) T. ipse doctrinam ‘nullius sensus perseverantiae post mortem’ in argumentum convertit contra coronationem mortuorum: nam et mortuorum est ita coronari..... Igitur qui careant sensu, illorum erit perinde uti ea re, cuius careant sensu, atque si abuti ea vellent, si sensu non carerent. Nulla vero distantia est abutendi, cum veritas cessat utendi cessante natura sentiendi. (ita corr. Eßer; cf. Kellner. Uebers. II. p. 249, A. 2). — *post mortem*. De breviloquentia v. Blokhuis. p. 45 sqq.; Hoppe. Synt. p. 140 sq.. — *pati possis* ad litteratio.

si denique nihil... reliquisti. Hunc locum ita corrigendum censeo. Primum enim cod. Ag. habet: *nihil est*; deinde falso in textu indicat RW. ante verbum *corpus* litteras *bi* inveniri; legitur autem sola littera *d*. Postremo lectio proposita spatiu lacunae ad litteram explet, cum verba *ipsa ubi* quae vulgo suppleri solent, longe deficiunt. — Dubito, an non ita legere possis: *nihil est tui ipsius quod corpus reliquisti*, quod per se quidem bonum sensum reddit, sed propter spatium exiguum abbreviaturam requirit vocabuli *quod*, id est *qd* (cf. Borleffs. Ad Nationes. praef. VII); quam lineam transversam distinguere non potui.

immo, gradationem indicat; cf. ap. 7. 5. Si semper latemus, quando proditum est quod admittimus? Immo a quibus prodi potuit?

in totum, iunctura apud Tm. usitatissima est; i.q. *omnino*. Cf. Bindley. p. 88; Hoppe. Synt. p. 100; Tertulliana (Festschrift z. 300 j. Jub. d. Gymn. z. Bielefeld. 1908. II. p. 53), ubi vel plurima exempla allata sunt.

qua nec experiendum. Coniunctio *qua* cum participio structa

aetate posteriore saepissime reperitur, immo frequentius particula *quia*. Vide exempla ap. v. Hartel. I.c. p. 42 sq.; 70 sq.; Hoppe. Synt. p. 59; Beitr. p. 122 sq.; Löfstedt. Z. Spr. T. p. 102; Hofm. p. 768. — *nec pro non*; cf. Löfstedt. Synt. I. p. 265. — *experiendum*. Gerundivum inferiore latinitate vice participii fut. pass. usurpatur; Hofm. p. 594; Hoppe. Synt. p. 54 sq.. — *post mortem*. De repetitione cf. Th. St. T. II. p. 4 sqq.. — Referam et locum Platonis ap. p. 40. c, ubi Socrates mortem lucro appositurum fuisse dicit, si sensus decesset: *εἴ γε μηδεμία αἰσθησίς ἔστιν ἀλλ' οἶον ὑπνος, ἐπειδάν τις καθεύδων μηδὲ μηδὲν δρᾷ, θαυμάσιον κέρδος ἀν εἴη δὲ θάρατος.* Cf. Cic. Tusc. 1. 38. 92; 41. 97; Plut. cons. Ap. 107. d.

nihil est tibi timendum e.q.s.. Oehler unus lectionem cod. A. servavit et approbo; reliqui omnes B secuti sunt, ubi legitur: *times mortem, si nihil &c..* Tert. enim ita argumentatur: *si nullus sensus est post mortem, cur in totum times mortem?* Sequitur sententia: *nihil est timendum qua nihil experiendum.* Deinde progreditur argumentatio: *si forte mortuum esse times, quia finem facit bonorum vitae, ex adverso opponitur simul et multo plura vitae incommoda abisse.* Et iterum sententia: *non est timendum quod liberat ab omni timendo.*

E contrario lectio *si nihil etc.* molestam repetitionem offert enuntiati praecedentis *si nihil passionis est tibi..... cur mentiris in te*, et rursus sententia proxima *nam etsi dici potest etc.* his interrogationibus non respondet. (RW. sane suppressit signum interrogationis post 'experiendum post mortem') — Cf. Cic. Tusc. 1. 6. 11 sq.; Sen. ep. 30. 6. tam demens autem est qui timet quod non est passurus quam qui timet quod non est sensurus.

7. **nam et.** 'usitatissima est iunctura *nam et.....* qua oratio con-

tinuatur.' Hoppe. Tertulliane. p. 55; Beitr. p. 120. — *ultra quid minantem.* Insertatio particulae *ut* apud RW. tam falsa est quam permutatio coniunctionis *quod* supra § 3.

ut... amputantem. Tm. saepenumero *ut* sensu causaliter participium adiunxisse Hoppe docuit. Synt. p. 58. — *commodum.* Cur 'numerus singularis propter ea quae sequuntur (sc. incommoda longe plura, amissio bonorum) ferri non possit', ut Kroymann l.c. p. 61. affirmat, non intellego; nam *commodum* vel abstractum vel collectivum est. — *amputantem.* per metaphoram dictum. Cf. spect. 1. (1. 20). quo facilius vitam contemnent amputatis quasi retinaculis eius. pat. 12 (18. 13); c. fem. 2. 9 (O. 1. 726); ux. 1. 2 (O. 1. 671); pud. 1. (221. 6). sensu propri. et fig.; plura apud Hoppe. Synt. p. 180; Arnob. 1. 27 ex. — Tamen haec querela saepe auditur: C.I.L. X. 2483. Abstulit haec unus tot tantaque munera nobis Perfidus infelix horrificusque dies. Lucr. 3. 898 sq. misero misere, aiunt, omnia ademit Una dies infesta tibi tot praemia vitae. Lycurg. 60. τελευτήσαντι συναναιρέσσαι πάντα δὲ ὅν ἄρ τις εὐδαιμονίσειν. Cic. Tusc. 1. 34. 83. Illud angit vel potius excruciat, discessus ab omnibus is quae sunt bona in vita. ib. 1. 6. 12. Axioch. p. 369. d. de στέρησις τῶν ἀγαθῶν τοῦ ζῆν. Cf. praef. § 1. A. 6.

atquin. Hac particula ad apodosin inducendam T. unus utitur. cf. Hofm. p. 670; Thes. L.L. II. 1091. 14 sqq.; Th. St. T. I. p. 55:

cum et incommoda... excedant. Omnes editores praeter Rigal-tium lectionem codd. AB deseruerunt, etiam Kroymann qui *excīdat* legere vult (p. 61). Sed non video necesse esse; *excedant* intransitive positum est et *incommoda* est subiectum. — Haec quoque sententia antiquis familiaris erat: Kaibel. Ep. Gr. 562. καὶ σὺ μέν, ὁ Πάντειμε, γόων ἀπάτερθεν λαύεις Μοχθηρὸν

μερόπων ἐκπρολιποῦσα βίον. Lucr. 3. 904 sq. alii (opp. illis qui dicunt: misero etc.; vide supra) dicunt: tu quidem ut es leto sopitus, sic eris aevi Quod superest cunctis privatu' doloribus aegris. Cic. Tusc. 1. 34. 83 contra supra citata: a malis igitur mors abducit, non a bonis, verum si quaerimus. (cf. totum locum 82-86). ib. 116. Alcidamas... scripsit etiam laudationem mortis quae constat ex enumeratione humanorum malorum. Hdt. 5. 4. (*οἱ Τρανσοὶ τὸν δὲ ἀπογνόμενον παιζούσες τε καὶ ἡδόμενοι γῇ κρύπτοντο, ἐπιλέγοντες δοσῶν πακῶν ἐξαπαλλαχθεῖς ἔστι ἐν πάσῃ εὐδαιμονίᾳ.* Philodem. de morte. 17. si quis adulescens moritur, solacium est, quod πολλὰ συναποίσονται τῷν ἐν τῷ βίῳ πακῶν; Lucian. de luctu. 16 sq. p. 929. Plut. cons. Ap. p. 114. b.

lucratione. hoc loco tantum et ux. 2. 7 (O. 1. 693.) — spem lucrationis accipere — reperiri Hoppe docet; Beitr. p. 137. — Cf. Soph. Antig. 461 sqq., εἰ δὲ τοῦ χρόνου Πρόσθεν θαροῦμα, πέρδος αὐτὸν ἐγὼ λέγω. "Οστις γὰρ ἐν πολλοῖσι, ὡς ἐγὼ, πακοῖς Ζῆ, πᾶς δοῦλος οὐχὶ πατθανὼν πέρδος φέρει; — diluit, i.q. solvit. Cic. off. 1. 33. 120 amicitias sensim diluere. — Plura exempla huius metaphorae apud T. collegit Hoppe. Synt. p. 185. Ut Kroymann iure adnotavit, *mors* subiectum est, quare non est, quod cum Gelenio aliisque *diluis* legas.

ne iam timenda est. Rursus editores hanc sententiam adgressi sunt et nec pro *ne* substituerunt. Sensus autem consecutivus aptissimus est et Tm. *ne* pro *ut non* usurpare iam supra adnotavimus c. 1. § 4. *ne exprobrare possit.* De indicatico in sententiis consecutivis vide Hofm. p. 760. — *id est*, praecedentia explicat. Th. St. T. I. p. 80; IV. p. 135. A. 1. — *pace*, i.q. *amissione*. bapt. 8. (207. 26). pacem caelestis irae. Cf. Teeuwen. p. 53. A. 1. — *pensatur*. Verbum simplex *pensare*

pro composito argentea aetate est usitatum. Huiusmodi verba, simplicia dico pro compositis, Tm saepissime usurpare Hoppe disserit; Beitr. p. 106 sq..

8. **times** **decedere.** De structura 'timere c. Inf.' vide Hoppe Synt. p. 47; Hofm. p. 582. — *malam scis.* ellipsis infinitivi esse; v. c. 2 § 1. — *cum* causale cum indicativo struitur inferiore latinitate. Hofm. p. 752; Hoppe. Synt. p. 80; Th. St. T. II. p. 13; III. p. 40. — De ellipsi pronominum quae obiecta sunt ad *times* et *timeres* et subiecta structurae A. c. I. (cuius Inf. quoque omissus est) *scis malam, scires malam.* cf. Löfstedt. Z. Spr. T. p. 52-54. RW. *quam nec timeres* scripsit, quamquam *quia* aptius cum membro praecedente *cum times* congruit; sed nullius momenti est. Quod coniunctiones *cum-quia* permutantur, Tm. id genus variationi maxime indulgere Thörnell demonstravit; St. T. IV. p. 13 sqq.; cf. supra § 3 (quod-ut).

quam malam nescis. Lucian. dial. mort. 1. 1. p. 329. *τίς γάρ ὅλως οἴδε τὰ τῶν μετὰ τὸν βίον;* Plat. ap. p. 42. a. ἀλλὰ γάρ ηδη ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν ἀποθανούμενῷ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις. ὀπότεροι δὲ ημῶν ἔρχονται ἐπὶ ἀμεινον πρᾶγμα, ἄδηλον παντὶ πλὴν εἰ τῷ θεῷ. Similiter Cic. Tusc. 1. 41. 99. — *nec timeres.* vide supra § 6 nec exper..

9. **naturalem formam timendi mortem**, i.e. formam naturalis metus in mortem. Vocabulum *forma* apud T. saepissime *modus* significat; cf. Oehler ad idol. 18 (1.99. A. d); Esser ap. Kelln. Uebers. II. p. 488. A. 2. Semper fere huic voci attributum adiungit; cf. exempla apud Löfstedt. Krit. Bem. p. 23; 111. — De acc. obi. gerundio subiecto v. Hofm. p. 596. — Cf. Hor. Ep. 2. 2. 207. mortis formidine.

quod evadere non potest. Usus transit. verbi *evadere* posteriore aetate latius patet. Hoppe. Synt. p. 14. pat. 3. (3.14). de deo

fit magister docens hominem evadere mortem. — Quod ad sententiam pertinet, cf. spect. 2 (2. 19). nam mortem etiam stultus ut debitam non extimescit. Cic. Tusc. 1. 49. 119. quod autem omnibus necesse est, idne miserum esse uni potest? Lucr. 3. 1076 sqq.. Sen. ep. 30. 8 ipsam mortem accidentem dicit timorem dispellere et dare 'animum non vitandi inevitabilia'.

congregior. metaphora sive a spectaculis gladiatoriis sive a re militari deprompta. Hoppe. Synt. p. 206; Waltzing. Comm. p. 121 ad ap. 25. 2. — *post mortem*. cf. sententiam proximam *famae p.m. cupidō* et supra § 6.

famae p. m. cupidō. Sen. ep. 102. 3 sqq., quaestionem tractavit num 'claritas quae post mortem contingat' bonum sit. Stoicorum enim posterioris aetatis opinio repetitis Carneadis incursionibus funditus erat immutata; Cic. fin. 3. 17. 57 — In certaminibus, ait T. scorp. 6 (156. 24), adversarii tantummodo spectant 'qualem potest praestare saeculum, de fama aeternitatem, de memoria resurrectionem'. Cf. infra § 10.

longum est retexere. Mart. 4 (O. 1. 11). longum est, si enumere singulos qui se gladio confecerint animo suo ducti. Scap. 2 (O. 1. 541). longum est, si retexamus. Scorp. 5 (153. 21). longum est, ut.... cf. ap. 50. 7. omitto eos qui cum gladio proprio vel alio genere mortis mitiore de laude pepigerunt. — *retexere* apud T. metaphora usitata. Hoppe. Synt. p. 192; Beitr. p. 160. — De re cf. Cic. Tusc. 1. 48. 116; ib. Parad. 6. 3. 50; Tac. ann. 16. 16: etiam si bella externa et obitas pro re publica mortes tanta casuum similitudine memorarem, neque ipsum satias cepisset aliorumque taedium exspectarem.

Curtios et Regulos et Graecos viros. De usu numeri pluralis nominum propriorum vide Löfstedt. Synt. I. p. 34; Hofm. p. 371.

Cf. pall. 5 (O. 1.954); ap. 15.1; nat. 1.10 (79.26); Martial. Ep. 4.78.8 Res gestas litteris antiquis nostrorumque temporum accuratius additis requirere possis apud Pauly-Wissowa: *M. Curtii*. P.W. IV. 2. 1864 (sub no. 7); cf. Thes. L.L. Onom. II. 766.37 sqq.: plenius tradidit Liv. 7.6.3. — *M. Atilii Reguli*. P.W. II. 2.2086 (s. no. 51) et de morte eius, 2088 sqq. (e.c. ap. Cic. off. 3.26.99 sq.). Tert. saepius de eo vel verbosius vel obiter commemorat; cf. Borleffs. Ad Nat., Index. III ad nat. 1.18 (90.5; 25). — *Graecos viros*. Cic. Tusc. 1.48.116: Clarae vero mortes pro patria appetitae non solum gloriosae rhetoribus sed etiam beatae videri solent. Repetunt ab Erechtheo, cuius etiam filiae cupide mortem expetiverunt pro vita civium (cf. nat. deor. 3.19.50, ubi ea ratione et Leontides nominat); <commemorant> Codrum qui se in medios immisit hostis veste famulari, ne posset adgnosci, si esset ornatu regio, quod oraculum erat datum, si rex imperfectus esset, victrices Athenas fore (cf. P.W. XI. 1.984 sqq.; praecipue Lycurg. Leocrat. 84 sqq.); Menoeceus non praetermittitur, qui item oraculo edito largitus est patriae suum sanguinem! (M. Creontis filius pugnae contra Ἐπιτά interfuit; Eur. Phoen. 834-1017; P.W. XV. 1.918; et exemplum Macariae Heraclidensis secutus est; Plut. Pelop. 21; P.W. XIV. 1.622 sq.). <Nam> Iphigenia Aulide duci se immolandam iubet, ut hostium eliciatur suo. Veniunt inde ad propiora: Harmodius in ore<est> et Aristogiton (P.W. VII. 2.2378; II. 1.930 sq.; Hdt. 5.55 sqq.; Thucyd. 6. 55-59); Lacedaemonius Leonidas (P.W. XII. 2.2015 sqq.), Thebanus Epaminondas viget (P.W. V. 2.2700 sqq.). Nostros non norant *quos enumerare magnum est*: ita multa sunt quibus videmus optabilis mortes fuisse cum gloria. — Hos viros in-

signes Cicero ita omnibus notos existimat, ut pluribus verbis disserere necesse non magis esse iudicet quam hoc loco Tertullianus. Similiter in Tusculanis 1.46.110: multo tardius fama deseret Curium Fabricium Calatinum, duo Scipiones duo Africanos, Maximum Marcellum Paulum, Catonem Laelium, innumeralis alios. Cf. Parad. 6.3.50: ne semper Curtios et Luscinos loquamur. ib. 1.2.12; Lael. 5.18; 8.28. — Item Aug. civ. dei. 5.18 Curtium et Regulum inter eos enumerat qui praeclararam famam apud minores consecuti sunt; ib. 1.15. Reguli cruciatus cum martyrio Christianorum contentionem facit. — Inter Graecos viros et Marathus referendus est (P. W. XIV. 2. 1428. 26 sqq. s.v. Marathon; Paus. 1.15.3; 32.4) et Bombus (Zenob. 2.84).

innumerabilia elogia. Iure RW. conjecturam Oehleri recepit, qua spatium lacunae ad litteram expletur. — *elogia*, i.q. *testimonia*; Thes. L.L. V. 2. 405. 34; hoc loco in bonam partem usurpatum, cf. Hoppe. Diss. p. 75. Est vox sermonis ICtorum.

contemptae mortis propter postumam famam. Usum participii perf. pass. vice subst. verbalis posteriore latinitate accrescere docuit Hofm. p. 608 sq.. — *postumam*. Hoc vocabulo, quod idem valet quod *post mortem* vel *posterior*, T. saepius utitur. monog. 7 (O. 1.771); ap. 40.6 (cf. Waltzing. Comm. p. 169); an. 42 (369.26; cf. Waszink. p. 261). Similiter *postumare*, ap. 19.4, *postumatus*, Val. 35 (210.1). — Hoc loco T. ‘*devotioni pro patria*’, ab antiquitate innumeris locis laudatae, adludit. Qua de re A. S. Pease. M. T. Ciceronis de divin. lib. I pars II (University of Illinois Studies in language and literature. VI. 3. 1920) ad I. 51. s.v. *Decius ille* copiose exposuit et plurimas litteras attulit (i.a. Bouché-Leclercq apud Daremburg-Saglio. Dict. des Antiq. s.v.; P.W. V. 1.277 sqq.;

Deubner. Arch. f. Rel-wiss. VIII. Beiheft. 1905. p. 66-81). Devotionis praecepta et formulam tradidit Livius. 8. 9. 4-8; 10. 11 sq.; cf. 10. 28. 12-18; Macrobius. Sat. 3. 9. 9 sq.. Turnus prototypon quem dicunt, proponitur apud Vergilius. Aen. 12. 234 sq.: ille quidem ad superos, quorum se devovet aris, Succedit fama vivusque per ora feretur. — Apud Romanos devotio officium pietate patriae mandatum deputabatur: Cicero de virtute frg. 17 (ed. Knoellinger). Prima lex Romana iubet pro iure et libertate arma capere et ad mortem paratum esse. Secunda vero lex imperat, ut principes rei publicae, sicut cives eorum saluti studere debent, ita civium saluti prospiciant, ut alteri pro alteris pugnare atque etiam mortem oppetere debeant. Huic igitur legi pareant principes et rem publicam gubernantes qui *honorem assequi cupiunt*. Sin is qui rei publicae praeest, in servanda aut defendenda civitate mortem pugna occumbet, tam gloria mors ei honori erit, quia summa legem civitatis Romanae servavit. Cf. fin. 3. 19. 64, ubi patriae proditorem non magis contemnendum putat quam qui sui commodi causa patriam deseruit: 'ex quo fit, ut laudandus sit, qui mortem oppetat pro re publica, quod deceat cariorum nobis esse patriam quam nosmet ipsos.' — De eximia gloria quae iis obtigit, cf. Tacitus. ann. 16. 16 ex..

10. **memoriae frequentandae.** Seneca. dial. 6 (Marc.). 3. 2. memoriam illius nemo potest retinere et frequentare. Tertullianus. ux. 1. 8 ex. (O. 1. 682). meam memoriam.... in illis frequentabis. Cf. Thesaurus. L.L. VI. 1310. 8.

ut vel litteraturae e.q.s.. Ita canit Horatius in ultimo primi fasciculi carmine (Carm. 3. 30): Exegi monumentum aere perennius Regalique situ pyramidum altius &c. (cf. carmen totum et ib. 2. 20). Et cum Thucydides illud *κτιζμα ἐσ ἀεί* (1. 22. 19 St.)

scripsit, haec cogitatio ab eo aliena non fuit. Eodem sensu quo T. et Cicero in Tusculanis, 1. 15. 32 sqq.: vetera iam ista et religione omnium consecrata: quid in hac re publica tot tantosque viros ob rem publicam interfectos cogitasse arbitramur? isdemne ut finibus nomen suum quibus vita terminaretur? Nemo umquam sine magna spe mortalitatis se pro patria offerret ad mortem. (cf. supra § 9.) Licuit esse odio Themistocli, licuit Epaminondae (*sola nomina adhibet!*), licuit, ne et vetera et externa quaeram, mihi, sed nescio quomodo inhaeret in mentibus quasi saeclorum quoddam augurium futurorum, idque in maximis ingeniis altissimisque animis et existit maxime et appetit facillime. Quo quidem dempto quis tam esset amens qui semper in laboribus et periculis viveret? Loquor de principibus: quid? poetae nonne post mortem nobilitari volunt? unde ergo illud: aspicite, o cives, senis Enni imaginis formam: Hic vestrum panxit maxima facta patrum.? Mercedem gloriae flagitat ab is quorum patres adfecerat gloria, idemque: nemo me lacrimis.... Cur? volito vivos per ora virum. (Enn. var. 15 et 17; cf. Verg. Georg. 3. 8 sq.) Sed quid poetas? opifices post mortem nobilitari volunt. Quid enim Phidas sui similem speciem inclusit in clupeo Minervae, cum inscribere <nomen> non liceret? Quid? nostri philosophi nonne in is libris ipsis quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? (Cf. Archia. 26, ubi fere isdem verbis praemisit: trahimur omnes studio laudis, et optimus quisque maxime gloria ducitur.). Haec famae post mortem cupidio, concludit Cicero, qui apud omnes invenitur, monstrat esse aliquid 'cuius is post mortem sensum sit habiturus'. (Cf. praef. § 1. ex. et sententiam proximam ap. T.). — *laude morum.* Kaibel. Ep. Gr. 560. 10 sqq.. *εἰ καὶ . . . φροῦδον σῶμα . . . Άλλ*

ἀρετὰ βιοτᾶς αἰὲν ζωοῖσι μέτεστι, Ψυχᾶς μανύονος εὐπλέα σωφροσύνην. Cf. Rohde. Psyche. II. p. 395. — sepulcrorum ambitione. Ita iam apud Homerum. Il. 7. 86-90; Od. 4. 584 al.. Rohde. I. p. 66 sq.; II. p. 395. A. 4. — Tac. Germ. 27. Funerum nulla ambitio (sc apud Germanos),sepulcrum caespes erigit; monumentorum arduum et operosum honorem et gravem defunctis aspernantur. — vel, hoc loco vim integre disiunctivam habet; cf. Hofm. p. 675.

unde animae. v. Hartel. l.c. p. 71. quamquam non plane sibi persuasit Rigaltium refectione ‘*animae*’ veram lectionem esse adsecutum, nonnullos tamen locos ad comparandum affert: an. 19 (331.23); Arnob. 10.15; quibus addere velim: supra c. 2 § 6. Unde tibi hoc non Christianae? c. Chr. 12 (O. 2. 447). Unde illi (sc. *animae*) scire quod interdum sibi sit necessarium, ex naturalium necessitate, si non scit suam qualitatem, cui quid necessarium est? Hoc quidem in omni anima recognoscere est, notitiam sui dico, sine qua notitia sui nulla anima se ministrare potuisset. (De re cf. § 1.). — De ellipsi verbi esse cf. Hoppe. Synt. p. 144; Löfstedt. Z. Spr. T. p. 57.sqq.; et de hoc usu infinitivi, *affectare-praeparare*, Hoppe. Diss. p. 18 sqq.; Synt. p. 42. — Vocabulum *hodie* in A non exstat neque exstitisse spatium lacunae sinit, sed hoc loco aptissimum esse adsentior.

quae sit usura. Usus transit. verbi *uti* vetustiore aetate structura gerundivi et pronominalibus neutrius generis terminatur, apud Plautum saltem, cum Cato, Turpilius, Lucilius, postea Varro etiam substantiva usurpant; deinde apud scriptores inferioris latinitatis latissime patet. Hofm. p. 436. Exempla ex To collectit Hoppe. Synt. p. 16, sed commemorare velim duobus locis (cor. 10 (O. 1.439) et loco nostro) quos Hoppe affert, prono-

men neutrius generis esse obiectum, tertio loco pronomen feminini generis (*eam*) respiciens ad substantivum *pronuntiatio*. Adnotatio Oehler I. p. 333. A. i ad nat. 1. 12 (83.2) falsa est; eo loco agitur de structura *utor de alqa re in alqd*; cf. Borleffs. Index. IV. p. 152. De divulgatione huius usus proxime tractavit Löfstedt. Synt. I. p. 186. — De repetitione *quod velit-quae sit usura* vide Th. St. T. I. p. 73 sqq.; II. p. 49 sq..

utique, vim affirmativam habet; cf. supra c. 2. § 4; Waltzing ad ap. 1. 6.

de postero curaret. Ita recte Rigaltius lacunam explevit; *sciret errorem esse scribae, quam ob rem alii hoc membrum omiserunt, manifestum est.* — *curare de* cf. c. 2 § 2. de natura quoque dei.... nec te latet. — Blokhuis. p. 60. Hoc loco circumscriptio accusativi obiecti eo levior est quod T. locutionem *de postero* habet in deliciis. Cf. Thes. L.L. V. 79. — de adiectivo a praepositione pendente vice substantivi vidi Hoppe. Synt. p. 98 sqq..

11. **post excessum.** brachylogia. — Structuram *sui certiorem esse de alqa re* alias non inveniri recte quidem adnotavit v. Hartel, l.c. p. 72, sed iunctura *sui certior* fere idem valet quod *cum iusta causa confidens*; e. g. Sen. ep. 91. 16. nemo altero fragilior est, nemo in crastinum *sui certior*. Similiter genet. positivo adiunctus apud Sen. Ag. 61; Stat. Theb. 10. 669; Thes. L.L. III. 921. 24. Notandum autem est hanc iuncturam ita in unum coaluisse, ut altera structura adiungi posset. — Verba *sed forsitan contradictionem inducunt, quae sententia ab at-quin incipiente refellitur.*

de resurrectione quandoque. Tm. adverbium vice adiectivi *cum substantivo saepius coniungere iam* March. p. 238 et Hoppe.

Diss. p. 20 docuerunt; cf. Hofm. p. 467. E.g. Marc. 4. 22 (492. 24). quorum alter populi informator aliquando, alter reformator quandoque; ib. 5. 13 (621. 8); virg. vel. 7 (O. 1. 894). — *praesumptores*. apud T. primum. Hoppe. Beitr. p. 139; invenitur quoque paen. 6 (O. 1.656). — *atquin*. vide Hofm. p. 670. — *hoc*, i.e. resurrectio. Cf. Th. St. T. IV. p. 115.

prae manu. Haec locutio aetate antiqua necnon inferiore est usitata. Plaut. Bacch. 4. 3. 9; Ter. Adelph. 5. 9. 23; Apul. met. 6. 18; Gell. 19. 8. *prae manibus*; Tert. ap. 28.1; scorp. 10 (168. 22); Marc. 5. 11 (613. 18); Mart. 4 (O. 1. 11) ad manum. Cf. Cic. Tusc. 1. 7. 14. Sic mihi in praesentia occurrit.

abiit, sc. *vita*. Thes. L.L. I. 68. 50 sqq.. Cf. an. 28 (346. 23). abeuntes (sc. animae) — *e vita* abeant; cf. ux. 1.6 (O. 1.677). Sen. ep. 30. 4 magna res est, Lucili, haec et diu discenda, cum adventat hora illa inevitabilis, aequo animo abire. Festus. p. 17 Th. — 23 M. abitionem antiqui dicebant mortem. — Metaphoram a *convivio* depromptam esse suspicor: Cic. Tusc. 5. 41. 118. mihi quidem in vita servanda videtur illa lex, quae in Graecorum conviviis obtinetur: aut bibat, inquit, aut abeat. Hor. ep. 2. 2. 213 sqq.. vivere si recte nescis, decede peritis: Lusisti satis, edisti satis atque bibisti: Tempus abire tibi est.

Caput 5.

1. **quanto vera, tanto simplicia etc..** Ellipsin comparativi *magis* apud T. usitatissimam esse iam supra docui (c. 1 § 4. in falso eis creditur quam in vero — ib.. tanto abest); item in utraque parte comparationis: nat. 1.7 (68.15); 1.12 (83.7); 2.12 116.15); Marc. 2.11 (351.10); ux. 2.3 (O. 1.688). Cf. Hoppe. Diss. p. 52; Hofm. p. 445; 466.

frivola et ridicula. Recte recepit RW. conjecturam Hildebrandii qua spatium quod praesto est, bene expletur. Hoppe. Synt. p. 151. A. 2 afferens fug. 3 (O. 1. 468) Oehlerum secutus est ad servandam adlitterationem. Sed cum *frigida* in cod. Agobardino fuisse non potest tum et alias T. vocabulum *frivolus* aliis verbis non ab iisdem litteris incipientibus coniungit; e.g. ux. 1.1. ex. (O. 1. 670). — *frivola*, i.q. inania, vana. Thes. L.L. VI. 1342. 53.

recogitet, i.q. *cogitet*; cf. Hoppe. Beitr. p. 104; similiter *infra* § 2. **recogita.** — *naturae maiestatem*. cf. an. 27 (345.17) ~~natura~~ veneranda est. Observes chiascum *naturae maiestatem-auctoritas animae*.

ex qua censetur. Verbum *censeri* posteriore aetate cum sensu ‘*iudicari, aestimari*’ usurpatum; Kühn.-Stegm.² II. 1. p. 391, et A. 10 ad circumscriptiōnē abl. respectus. De usu praesentis in praceptis vide Hofm. p. 554 (cf. 566). — Sed, si velis, verbo *censeri* notio apud T. non minus usitata ‘originem

ducere' subici potest; cf. Oehler. p. 452. A. u. (ad. cor. 13); Mayor-Souter ad ap. 15.6. p. 247; A. d'Alès. La Théol. de Tert., Bibl. de Théol. hist.. Paris. 1905. p. 366 et A. 1.

adiudicabis. Futurum saepius vim imperativam s. adhortativam habere Hofmann docet; p. 555.

discipula est. In cod. A *discipula* ultimum versus verbum est; signum autem interpunctionis non sequitur, quamquam semper, etiam in versus fine, post omne membrum ponitur. Primae litterae versus sequentis iam non exstant, ut verbi *quicquid* litterae *u i d* tantum legantur. Dubium non est quin spatium lacunae refectioni usitatae multo maius sit, quam ob rem legendum esse suspicor: *discipula est. Quicquid*, quod cum lacunam optime explet tum interpunctionis absentiam explicat. — De re cf. res. 12 (41.23). praemisit (sc. deus) tibi naturam magistrum, summissurus et prophetiam, quo facilius credas prophetiae discipulus naturae. Arnob. nat. 1.33. duce natura et magistra.

ista, pro *haec*; cf. Blokhuis. p. 71. — *magistro scilicet.* Tm. praepositionem altero membro saepius omisisse docet Löfstedt. Z. Spr. T. p. 61 sqq.; ad *scilicet* p. 64; e.g. Marc. 4.1 (423.16). in unum et eundem deum....., illum *scilicet*..... Cf. et Th. St. T. IV. p. 83. — *Scilicet* ab hoc scriptore saepe numero usurpatur ad praecedentia explicanda. Th. St. T. I. p. 80; e.c. an. 24 (338. 15).

2. **institutore.** Vomabulum aetatis argenteae, sensu latiore e.g. Sen. benef. 6.17.1 (sec. codd.), sensu '*praceptor*' apud T. primum.

in te est aestimare. Usus infinitivi subjecti verbi *est* apud scriptores inferioris latinitatis usitatissimus est; cf. Hoppe. Diss. p. 19 sq.; Hofm. p. 583; exempla ex To collecta apud Hoppe.

Synt. p. 47; v. Hartel. Patr. Stud. I. p. 51. De structura est in alio c. Inf. vide Kühn.-Stegm. 2 II. 2. p. 244; 246. A. 5. — *aestimare de.* cf. c. 1 § 1. *de pro ex.*

vatem... augurem... prospicem. Substantiva pro adiectivis; Blokhuis. p. 85, Hoppe. Synt. p. 94 sq. (qui exempla tantum citat verborum in *-tor* et *-trix* desinentium). Cf. an. 19 (331. 17). quidam augurem incommodorum vocem illam flebilem (sc. primam infantis) interpretantur. an. 24 (339. 18). Sed nec quisquam hominem non et ipse aliquando praesagam animam suam sentit, aut ominis aut periculi aut gaudii augurem. Plat. Phaedr. p. 242. c. ὡς δίτοι, ὥς ἐταῖρε, μαρτυρό γέ τι καὶ ή ψυχή. — *prospicem.* d.l. Hoppe. Beitr. p. 139.

mirum. 'Der Nominalssatz herrschte seit idg. Zeit. besonders oft.... in festen Formeln der Alltagssprache wie *mirum quin*, *minime mirum*, *nil mirum*.' Hofm. p. 625. Cf. spect. 11 (13.24); 22. in.; or. 22 (O. 1. 574); ap. 45.1 (v. Waltzing. Comm. p. 180); hoc loco ter.

homini divinare. Verborum ordinem codicis A rectum esse censeo; nam et verba a *deo data* non solum in sententia subsequenti *sic mirum, si a deo data eadem canit, sed quoque supra c. 2 § 4. si enim anima aut divina aut a deo data est sine dativo obiectivo sunt posita, et vocabulum homini verbis novit divinare apte iungitur; postremo haec collocatio meliorem clausulam praebet, cum creticus (~~~ -) dispondaeum antecedat.* Cf. Hoppe. Beitr. p. 54; Löfstedt. Z. Spr. T. p. 3. A. 2; 76 sqq.. — *divinare*, absolute usurpatum et an. 28 (348. 10); cf. Thes. L.L. V. 1618. 62.

etiam circumventa etc.. Quamquam ab adversario, i.e. diabolo, circumventa est anima, ut exspectares eam veritatem iam non nosse, tamen eam dei et bonitatis eius et decreti eius memi-

nisse probant testimonia animae, immo adversarium ipsum sentit, quamvis eam induxit, ut ipsum deum existimet; animam et suum exitum meminisse non solum eruptiones eius monstrant sed etiam famae cupido post mortem. Iure igitur Pamelius in editione sua anni MDXCVII — itaque Rigaltio prior — lectionem cod. A restituit legens: *et adversarii*, dum explicat: „....mendum subesse videatur, ut legendum sit ‘*et adversarii*’, ut referatur ‘*exitus sui*’ ad statum animae post mortem, et ‘*adversarius*’ ad Sathanam, uti supra latius cap. 3.” Et recte adnotavit RW. spatium in A maius esse quam pro simplici refectione *adversarii*. — *circumuenta*. cf. c. 3 § 2.

dedit nosse. Sensu concedere, tribuere verbum dare in oratione soluta tantum apud Vitruvium 7.10.4 et Eccl-os cum infinitivo finali coniungitur; Hofm. p. 580. Exempla ex To citat Hoppe. Synt. p. 43 et Thes. L.L. V. 1678.

3. **eiusmodi.** T. hoc verbo vel maxime utitur, non solum pro adiectivo sed etiam vice substantivi, subiecto vel obiecto sive pendente a praepositione; v. infra § 4 et c. 6 § 3. Cf. Blokhuis p. 76 sqq.; Waltzing. Comm. p. 73 ad ap. 15.6.

putavit. De forma perfecti vide Löfstedt. Z. Spr. T. p. 23 sqq.. — *et congenitae*. Haec lectio est servanda; nota Oehler in app. crit. falsa est: *et iam* hodie exstat in A signo interpunctionis praemisso. — *conscientiae tacita commissa*, sc. a Deo animae in procreatione. Cf. virg. vel. 5 (O. 1.890). Hinc ergo tacita conscientia naturae ipsa divinitas animae in usum sermonis eduxit nescientibus hominibus.

diceet. Futurum apud T. saepe vim potentialem habere docuerunt Hoppe, Synt. p. 64 sq., et Thörnell, St. T. III. p. 43. — *diventilatis*, i.q. divulgatis, dissipatis. Thes. L.L. V. 1571. 32; ål. Hoppe. Beitr. p. 147. — *publicatarum*. Ita et Kellner in

editione altera, cum in priore Iunii conjecturam *publicatum* receperat. Interpretatio Iunii ‘*publicatum litterarum usum ex comparatione sequentis membra*’ plane contrarium est, si recte intellego, ei quod adversarius quem T. inducit, adseverat; qua difficultate Kellneri prior translatio verbis prave iungendis evadere conata est. — *corroboratum*. Hoc verbum T. habet in deliciis; cf. Th. St. T. IV. p. 143. A. 2.

taliter. Hoc adverbium aetate posteriore primum occurrit; ap. Martial. Ep. 5.7.3; Plin. nat. hist. 35.124; Tert. ap. 7.5. Cf. Waltzing. Comm. p. 42.

4. **stilus**, pro *scriptura* quasi submutat T. idol. 23 (57.3). non valet tacita vox in stilo et mutus in litteris sonus. Cf. Waltzing. Comm. p. 85; Hoppe. Synt. p. 123 et A. 1. — Attendas anaphoram, adlitterationem, homoeoptoton (sermo quam liber — sensus quam *stilus*.).

numquid, inferiore latinitate magis magisque pro *num* usurpatum; Hofm. p. 649. — *ante litteraturam*, i.e. antequam l. inventa est; de brachylogia cf. Hoppe. Synt. p. 141.

divulgationem, i.q. *promulgationem*, praecipue dictorum. Thes. L.L. V. 1647. 27. Hoc verbo T. primus utitur; cf. Hoppe. Beitr. p. 135; praeterea apud Chalc. comm. 165. ex divulgatione famae; Novell. Anth. 1.5 (a. 468). — *mutus ab*, i.q. *sine*, *carens*. Cic. ad Att. 8.14.1. omnino intellego nullum fuisse tempus.... quod magis debuerit mutum esse a litteris. Cf. Hoppe. Synt. p. 36; Oehler. I. p. 410. A.e, qui et alia adiectiva cum praepositione *ab* structa affert.

5. **mendicabat**. Eadem metaphora nat. 1.10 (77.4). sanctitas locationem mendicat (cf. an. 51. p. 382.11), sed hoc loco verbum absolute usurpatum est. Cf. Hoppe. Synt. p. 190.

opinor. Hic usus paratacticus quem dicunt, saepius sensu quodam

ironico, apud T. identidem reperitur; Bindley. p. 30; Waltzing. Comm. p. 23; Hofm. p. 688. Cf. infra: antequam Mercurius, opinor, natus fuisset; similiter § 6: et unde, oro, ipsis litteris contigit nosse.... — *nec ullus*, i.q. ne ullus quidem. *nec pro ne-quidem* hic scriptor libenter utitur. Hoppe. Synt. p. 106.

cessantibus. Verbum *cessare* in sermone ICt-orum idem valet quod *deficere, deesse*. Thes. L.L. III. 960.21 sqq.; cf. Tert. idol. 11 (41.15); Marc. 1.11 (304.4). Pronomen, ad quod respicit *sine quibus*, ut aetate posteriore magis et magis fieri solet, omissum est. Cf. Löfstedt. Krit. Bem. p. 70 et A. 1; Z. Spr. T. p. 54 sq.; Hoppe Beitr. p. 111; Hofm. p. 707. — Kroymann. Quast. Tert. crit. p. 62. abl. absol. ita intellegit: ‘*tum cum etiamnunc cessabant*’. Falso autem: abl. absol. vim condicionalem habet et repetitur sententia condicionali *si ea.... retro non fuerunt*. Quod Kr. *etiam tunc* in unum congerit, nihil obstat sed *necesse non est*; cum autem *etiam ante hodie* removendum censem, ei non adsentior. Sensus enim est hic: si illo tempore ea verba deerant, quibus etiam hodie carere non possumus, illis quidem temporibus sermo mendicabat. — Itaque prius vocabulum *etiam* potius abundanter dictum est, sed hoc sermonis Tertullianei proprium est; cf. Th. St. T. II. p. 78 sq..

non potest. Ellipsis verbi *esse ad posse*, praecipue post *sine* vel sententias negativas, apud Tm ita usitata est, ut lectio codicis A procul dubio servanda sit. De hac consuetudine permulta exempla collegit Löfstedt. Krit. Bem. p. 89 sq.; e.c. res. 45 (91.28) magis illud prius est, sine quo priora non possunt; Marc. 1.25 (326.16); 4.24 (501.24); pud. 5.9 (227.8); bapt. 13 (212.29); idol. 10 (40.16); fug. 2 (O. 1.464);

c. fem. 1.5 (O. 1. 707); 2. 12 (732); exh. cast. 12 (O. 1. 753); an. 18 (328.14). Cf. v. Hartel. Patr. Stud. II. p. 46; IV. p. 60; Hoppe. Synt. p. 144; Beitr. p. 46; Hofm. p. 626. § 198 β.; iterum quaestionem *posse* — *posse esse*, structuram personalem locutionis *potest* (i.q. fieri potest), tractavit Löfstedt. Synt. II. p. 269 sqq.. — Recte adnotavit Löfstedt l.c. (Krit. Bem.) insertione formae *esse* meliorem clausulam deleri.

tam proxima. Haec vox vim suam superlativam ita amiserat, ut *tam* vel *magis* addi posset. ap. 23.17. *magis* fides proxima est adversus semet ipsos confitentes quam pro semet ipsis negantes. scorp. 3 (151.12). *tam proximum parentem; res.* 63 (124.20); c. Chr. 7 (O. 2. 440); Prax. 3 (321.5). Cf. Rönsch. It. et Vulg. p. 417; Koffmane. p. 118; Hoppe. Diss. p. 49; Beitr. p. 464 sq.. Praeterea Gell. 3.15. cum obvium proximumque esset dicere.

retro, i.q. *antea*, ut innumeris locis apud T.; Hoppe. Synt. p. 113; Oehler I. 34. A. a (ad spect. 9).

antequam... germinassent. Haec sententia in A omissa est, sed glossa inter verba irrepta membra subsequentis *antequam M.... fuisset* existimanda mihi non videtur metaphorae causa *germinassent* qua T. et Iud. 2 (O. 2. 703 sq.) utitur: (*omnia pracepta legis*) quae suis temporibus edita germinaverunt; praeterea habet egregiam clausulam (cret. + ditr.). — *antequam* aetate posteriore magis magisque pro *priusquam*, praecipue cum coniunctivo structum, usurpatum (prius vocab. iam apud Cic. usitator est); Hofm. p. 735. — *retro-antequam*. Eiusmodi abundantiam T. habet in deliciis: Hermog. 26 (154. 22) *ante-antequam*. Cf. Löfstedt. Z. Spr. T. p. 41; Th. St. T. I. p. 79; ib. de repetitione voc. *antequam*.

in saeculo. ap. 5.2. Tiberius ergo, cuius tempore nomen Christia-

norum in saeculum intravit. Cf. Waltzing ad loc. de voce *saeculum*, Comm. p. 33.

Mercurius. cor. 8 (O. 1. 436). primus litteras Mercurius enarravit. spect. 10 (12. 27). quae vero.... litteris transiguntur.Mercurios mancipes habent (Isidorus *lyris* pro *litteris* citat). — Plato narrat in Phaedro p. 274. c. Aegyptios Hermen nomine Θείῳ deum sapientiae ut litterarum inventorem colere ac venerari. cf. Cic. nat. deor. 3. 22. 56; Lact. div. inst. 1. 6. 2 sq.; Oehler I. p. 410. A. f. Alio autem loco T. Saturno illam inventionem attribuit: ap. 10. 8. ab ipso (sc. Saturno) primum tabulae et imagine signatus nummus (sc. inventa sunt); cf. Oehler ad loc. I. p. 156. A. q.. Min. Fel. 22. 9 (ed. Waltzing. 21. 5) itaque Saturnus.... rudes illos homines et agrestes multa docuit....: litteras imprimere, nummos signare, instrumenta conficere. — Utroque loco autem de Latinis sermo est, hic de toto genere humano.

6. **oro.** vide supra § 5. s.v. opinor.

contigit nosse. Ad Verg. Aen. 6. 109 sq.: ire ad conspectum cari genitoris et ora Contingat, adnotavit E. Norden.³ p. 156 structuram *contingit* c. Inf. ex analogia verbi gr. συμβάνει post Vergilium et Horatium in prosa quoque accrescere. Exempla ex To collegit Hoppe. Synt. p. 48; Thes. L.L. IV. 719. 17 sqq.; vide et infra: sumsisse et tradidisse contigit vobis.

in usum loquelaе. Sicut ap. 22. 2 ita hoc loco lectionem *in usu* corrigendam esse Hoppe probavit, Beitr. p. 27; ib. de vi consecutiva praepositionis *in* c. acc. structae disserit, ut iam antea Synt. p. 38; cf. virg. vel. 5 (O. 1. 890), ergo tacita conscientia naturae ipsa divinitas animae in usum sermonis eduxit. — *loquelaе.* Ita scriptum est in A infra c. 6 § 3, ut hoc quoque loco, ubi iam non exstat, eodem modo suppleam; cf. Georges.⁷

II. p. 622 et Hofm. p. 217; de sensu Hofm. l.c., Rönsch. It et Vulg. p. 46.

disseminare. Cic. Planc. 56. disseminato dispersoque sermoni.

Tert. Marc. 4.21 (489.17); praescr. 30 (O. 2.27). Cf. Thes.

L.L. V. 1452.52. — Observes quantopere tricolon subsequens prima specie homoeoteleuton esse videatur.

scripturae, sensu concreto T. identidem in numero plurali utitur pro *scripta*. praescr. 17 in. (O. 2.17); 38. in. (35); scorp. 12 (172.5); pud. 9 (238.30); res. 22 (54.21); 63 (125.6); Marc. 2.19 (362.9); 3.17 (404.5); ap. 20.1 et Waltzing. Comm. p. 88 ad loc.; nat. 2.2 (95.21) et Borleffs. Index. III. p. 89.

penes nos vel Iudeos. De praep. *penes* v.c. 1. § 2. — ap. 21.1. edidimus antiquissimis Iudeorum instrumentis sectam istam esse suffultam (cf. cc. 18-20). — Haec cognatio Iudeorum illis temporibus extraneos confudit: ap. 16.3. atque ita inde praesumptum, opinor, nos quoque, ut Iudaicae religionis propinquos, eidem simulacro (sc. onagri) initiari. nat. 1.11 (81.6). Tac. ann. 15.44 'Iudeam originem huius mali' nominat, cum de Christianis sermo est. Cf. Tac. frg. Hist. ap. Sulp. Sev. 2.30.6. has superstitiones, licet contrarias sibi, isdem tamen auctoribus profectas. Christianos ex Iudeis extitisse. radice sublata stirpem facile perituram. Cf. Mayor-Souter. p. 281.

in quorum oleastro etc.. metaphora ex natura deprompta, ut supra c. 3. § 2. tradux; v. Hoppe. Synt. p. 194 sqq.; praescr. 36. ex. (O. 2.35) Cf. Rom. 11.17. Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem, cum oleaster es, insertus es in illis, et socius radicis, et pinguetudinis olivae factus es; ib. 24. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, et contra naturam insertus es in bonam olivam: quanto magis ii qui secundum naturam, in-

serentur suae olivae? — Oehler. p. 410. A. g. et Prud. Apoth. 338 citat.

